



VI
FORTUNATIANI
RHETORICA EC.
26
K5
25
S.L.ET A.









PROVERBIORVM LIBELLVS.



Benedicti Vinti Casalen. καὶ τῶν φίλων ἀγαθῶν,
[illegible] τὸ καλὸν γὰρ κτῆμα ἐστι.

Polydori Vergilii ad librum ſuum Epigrãma.

Ade liber genio Guidi ſuffultus & aura
Recto ad feltranos tramite curre lares.
Siquem (præmoneo) tetricam ſubducere frontem
In te naſutum Rhinocerota uides:
Aut triſtis ronchos effundere ſæpe repandis
Naribus & miro uerba canina modo.
Ne timeas: illi te diſplicuiſſe iuuato:
Eſſes cui gratus: ſi malus ipſe fores.
Sis grauis huic ergo ſimul inuidioſus & aſper.
Aſt aliis quæſo iam bonus uſq; ſies.
I pete ſic Dominũ: quo non eſt doctior alter:
Aut armis maior nec pietate fuit.
Qui te magne Cato uel te grauitate Camille
Præſtat Naſicam uel probitate pium.
Inclyte uel Cæſar tibi nec clementia maior:
Qui (fateor) ſæuis hoſtibus æquus eras.
Huic igitur placeas: te hic amet foueatq; clientem:
Cuius ubiq; ſacro numine tutus eris:
I citus: excipiet: raptim nũc curre libelle
Ad Dominum: licet haud nobile munus eas.
Non hic agenoreas miratur nanq; lacernas:
Suſpicit aſt tantum: qui ualet ingenio.

Polydori Vergilii Vrbinatis Præsbyteri ad Illustrissimum Principē Guidum Vbaldum Vrbini Ducem præfatio.

t Roezeni Atticæ regiōis (sicuti a Plutarcho accepimus) populi antiquissimi Neptūnum sūma religione coluere: & eius quoniam Dei tutelæ eorū ciuitas dedicata erat: huic fructuum primitias offerebant. Ego uero Guide Princeps Illustrissime qū tuo itidē genio ciuitas nostra dicata sit: Feltrioq́ Numine seruata diuq́ tuta demum incolumis existat: merito equidem tanq̄ impius grauissime repræhendendus fuissem: uel tu mihi iure succensuisses: si hunc prouerbiorum libellum nostri primitias ingenii (qualiscūq́ sit) editurus: nō nullis amicis sane doctissimis suadentibus: & imprimis Pollione meo Vadio uiro eruditissimo: Nomini tuo non cōsecrassem. Futurum enim erat: ut illud facile diceretur: ideo me tibi dicare noluisse: uel quia ignorarem ꝙ Latiæ academiæ Prīceps esses: atq́ quantum semper tu paternis uestigiis in hoc ueluti cæteris in rebus maxime insistens: cum Octauiano Illustrissimo patruo tuo ingeniis fauisses: uel quia in te īgratissimus forem. Quippe qui de me & si plurimum bene meritus perinde ac patruus tuus: nunquam tamē nos: parentem: fratremq́ nostrum & honoribus amplissimis ornare: & maximis beneficiis afficere conquiesti. Quāquā ne minimam quidem hac re meritorum tuorum partem assequi me posse confido. Verum aliquid omnino mihi p̄stitisse uidebor (quādoquidē parem gratiam referre non licet) si huiusmodi saltem munusculis tibi qui lōge pulchrius ditare q̄ ditescere ducis: gratiam habere ostendero. Cæterum dicet quispiam lucubratiunculas nostras haud du-



bie humiles non perinde dignitati tuæ congruere. id tam &si peringenue fateor: nihil eo tamen ueritus sum: quin illæ ipsæ tibi Guide Princeps gratissimæ existãt. Has enim Principibus inscribendi mos uetus est: nec interest: qua materia sint: modo non obscæna. Quando ea litterarum dignitas semper fuit: ut dicari eas sibi principes ac Reges & gloriosum & honestum putarent. adeoq; nullum genus fastiditum est: ut Iulius Pollux ad commodum Cæsarem de grammatica: Oppianus ad Antonium de piscibus: Vitruuius ad Augustum de architectura scripserint. Verum hoc opusculum si admodum tenue est: non eo minimi laboris fuit: aut prorsum inutile. Nam qum huiuscemodi prouerbia primum a uiris tum sapientissimis dicta: tum a rerum natura orta: mox a scriptoribus passim usurpata in ore fere omnium uersari: nec omnino intelligi: animaduerterem. sub hisq; pariter aureas (ut ita dicam) sententias: ac præcepta haud quaquam mehercule negligenda contineri mecum ipse pensitarem. non absurdum uisum est: hæc pauca ex latinorum auctorum monumẽtis: & græcorum quorundam qui in latinum uersi sunt: sparsa in unum colligere: Quibus subinde collectis maior profecto eorum sensus abstrusos explicandi superfuit labor. Quod ut melius efficerem: pro uirili operam dedi: Et unde nata sint: & quare in prouerbia cesserint: ex auctoritate ueterum scriptorum docere. quorum etiam obiter non nulla loca partim correximus: partim enodauimus. Quanquam nec inficias eo: ex his quædam in aliam quam ipse rettulerim: sententiam uerti posse. Sed mihi satis fuit propriorem reddidisse sensum. Nec præterea ignoro quosdam fore: qui me præ multitudine huiusmodi prouerbio

tum quæ quum in latinis tum in græcis exemplaribus in-
scripta sunt: pauca admodum nostro opusculo īseruisse ac
cusabunt. quod omnīo in me perperam facient. Nam q̄
apud græcos multa reperiantur (his enim ualde ipsi oble-
ctantur) non me preterit. Sed nos (ut diximus) non ex
græco in latinum uertere: uerum in latinum translata in
unum redigere polliciti sumus. Ex latinis autem scriptori
bus non parui profecto negocii fuit colligere: quum siqui
dem ad nullum certum auctorem qui de his antea scripse
rit: me conferre potuerim. Quare nobis necessum fu-
it: more apiū singulis floribus īsidere: ante q̄ onus cōficere
mus. Potuissem ego insuper ut grande opus absoluerem:
dicta multorum uirorum memoratu digna quemadmo-
dum Thaletis: Socratis: Solonis referre. Sed illa ipsa ta-
men (licet fieri possent) non fuissent prouerbia: quæ di-
cuntur quasi communia omnium uerba. Quare non au
sim tantum mihi arrogare: ut prouerbia esse traderem:
nisi quæ ab auctoribus quorum fidem obstrinxi: ita pri-
us nuncupata repererim. Hæc itaq; (quota pars sit) le-
ctitando a me obseruata sunt: quædam etiam a Pollione
meo. Tu uero Guide Princeps Illustrissime accipe quæso
hilari uultu hoc a me opusculum frugum mearum primi-
tias (deinceps enim maturiores fructus capies) ueluti pi
gnus & monumentum meæ erga te Inclitumq; Patruum
tuum obseruantiæ: munus haud quaq̄ prætiosum. sed
quo nullum prætiosius a Polydoro cliēte accipere posses.
Quod si tibi non iniucundum fuerit. putabo equidem
& me operæ pretium fecisse: & te Tāto Vindice fretum ab
omni prorsus obtrectatione tutum fore.

Vale:

More apum.

Polydori Vergilii Vrbinatis Præsbyteri Prouerbio℞
Libellus incipit.

Homini homo Deus.


Rouerbium hoc a Plinio libro secũdo capite septimo refertur: a græcis utiq; ita dicentibus sumptum. ανθρωποσ ανθρωπου δαιμο'νιον. hoc ē Homini homo Deus. Quale Vergilianum illud: Deus nobis hæc ocia fecit: Namq; erit ille mihi semper Deus. Cicero libro de natura deorum primo sed nolo inquit esse longior: Ita concludã tamen beluas a barbaris propter beneficium consecratas. Et Seneca ad lucilliũ Epistola. xcv. magna seculi laus est: si homo mansuetus hominem adiuuet. Huius igitur adagii sensus ē: ꝙ inuicē sibi homines prodesse debeāt. a quo nostrum opusculum placuit potissimum auspicari. ut intelligant primum legentes: quantum ab homine alienum sit: homini iniuriam facere: pestem aut ullam ab eo proficisci. Quare ego omnibus ueluti mihi fauentibus: aliquãto liberius huiusmodi prouerbiorum sensus eliciendi munus obiui.

Mutuum muli scabunt.

a Pud Ausonium in epistolio prouerbium istud usurpatur. quod haud ualde superiori absimile ē. Sensus enim significat: tradere sibi operas mutuas: & par pari rependere. Nam quum muli soleant se se uicissim defricare: & scabere: merito in consimili remuneratione: & talionis æquilibrio: hoc prouerbio utimur. Adriani (quod non longe ab re est) iocus balnearis innotuit. qui plures olim senes euocari iussit: & alium ab alio inuicem defricari. quũ illi se marmoribus attererent: ad liberalitatem Pri-

cipis prouocandam. qui ueteranum quendam seruis & sũptibus donauerat: qui se in balneis marmoribus destringebat: propterea ꝙ seruum non haberet.

Res ad Triarios rediit.

r Es ad triarios reddiisse prouerbio increbuit: quũ laboratur. Et enim post hastatos ubi ordinibus exercitus instructus erat: pugna ad principes sensim ueniebat. si apud pricipes quoqꝫ haud satis prospere esset pugnatum: paulatī certamen ad triarios referebatur. in quibus suprema spes sita erat. Auctore Liuio libro octauo ab Vrbe condita.

Liuius

Optimum est aliena frui insania.

u Etus & elegans ac (ut ita dixerim) aureum adagium est: significat enim pulchrum esse (quemadmodum Marcus Tullius docet) ab aliorum erratis suam uitam in melius instituere. Nam tunc aliena fruimur insania: quum illa nobis documento est. Vnde Plautinum illud: fœliciter sapit is: qui alieno periculo sapit. & Anneus Seneca in prouerbiis ex uitio inquit alterius sapiens suum emendat: ex quo factum est hoc prouerbium: Optimum est: aliena frui insania. quod a Plinio scite usurpatur: hisce uerbis libro decimo octauo capite quinto dicente Optimumqꝫ est (ut uulgo dixere) aliena īsania frui. quod nos semper meminisse decet.

Cicero

Plautus.

Seneca.

Plinius

Cum mortuis non nisi laruæ luctantur.

p Lancus quum audiuisset Asinium Pollionem orationes aduersus se parare: quas ipso mortuo: ne respondere posset: uel ipse Asinius uel filius eius ederet: dixit cum mortuis nõ nisi laruas luctari. quod quidem exemplum uice prouerbii Plinius in sua præfatio

ne rettulit. ait enim Nec Plancus illepide dixit cum mortuis non nisi laruas luctari. Laruæ enim dicuntur noxiæ inferorum umbræ: quibus cum mortuis nobis tantum res ē. quod prouerbium in eos est. qui obtrectatione alienæ sciētiæ defunctos calumniando scriptores famam sibi aucupantur. quo (ut Martialis inquit) admonemur ducere illos improbe facere: qui & in alieno libro ingeniosi sunt: & in demortuos sæuiunt.

Quod supra nos: nihil ad nos.

l Actantius Firmianus libro diuinarum institutionum tertio capite uigesimo quum eos sceleratos appellat: qui arcana mundi & hoc cæleste templū prophanari impiis disputationibus quærunt: aliquid ergo inquit Socrates habuit cordis humani. qui quum intelligeret hæc non posse inueniri: ab eiusmodi quæstionibus se remouit. Vereorq̨ ne in eo solo: multa enim sunt eius non modo laude digna: sed etiam repræhensione dignissima. in quibus fuit suorum simillimus. ex his unum eligam: quod ab omnibus sit probatum: celebre hoc prouerbium Socrates habuit: quod supra nos: nihil ad nos: supple attinet. quo nos non eo quidem modo: (est enim falsum) sed hoc decenter uti possumus: quum ea quæ nostras uires excedere uidentur: mente consequi nequimus.

Isthmum Fodis.

i Sthmos ea terræ angustia appellatur: quæ inter duo maria Aegeum & Ionium conclusa est. Cuius strictura quinq̨. M. passuum interuallo constat: qui non sine longo & ancipiti nauium ambitu transiri potest. Quam ob causam (ut Plinius libro quarto capite quarto tradit) perfodere nauigabili alueo angustias

tentauere: Demetrius Rex: Dictator Cæsar: C. princeps: Domitius Nero: in fausto (ut oĩum patuit exitu) ĩcœpto. Hinc quũ quempiã aliqua in re frustra laboraturũ eẽ prouerbialiter significare uolumus: Isthmum fodis dicimus. quasi ꝙ id factu ꝑdifficile sit·

Rana Seriphia.

p Linius libro. viii. capite. lviii. ait mutæ sunt ẽt ranæ in Seripho insula. q̃uis mẽdosi codices nõ ranæ: sed cicadæ habeãt. quod nõ cõuenit. quũ illic de ranis sermo sit. Vnde prouerbiũ manauit: hoc ẽ Rana seriphia in eos: qui plus nimio taciturni sunt.

Asinus ad lyram.

h Aec. M. Var. uerba sunt ĩ satyra: q̃ testamẽtũ ĩscribit: ab Aulo Ge. li. iii. ca. xvi. repetita. Ille. n. inqt siqs mihi fili9 unus: pluresue ĩ decẽ mẽsib9 gignunt̃. ii si erũt ὄνοι λύρας hoc ẽ asini ad lyrã: exhæredes sunto. qđ ĩ hoĩes ĩdociles ẽ: & disciplinæ oĩs exptes. ꝑinde ac ẽ Asinus ad musicã capescẽdam.

Idẽ Acci. quod Titii.

e Iusdẽ Var. idẽ Geli. ꝑ̃notato cap. uetus ꝓuerbiũ eẽ ꝓdit. nã ille ait Accio: idẽ qđ Titio ius esto apđ me. qđ Adagiũ hoc ẽ idẽ Acci qđ Titii de rebus inter se nihil distantibus dicitur.

Perdere Naulũ stultum ẽ.

a Marinis mercatoribus sumpta ẽ metaphora: q quũ nauigãt: si minus q̃ cupiũt: lucrari possunt: student ut saltẽ recuperent: ex mercibus uendẽdis q̃tum pro uectura (naulũ. n. uecturæ ꝑ̃tium ẽ) nauali soluerũt. Hic ortũ est ꝓuerbium ꝑdere naulũ stultum ẽ in eum: q quum multa amiserit: reliqua ẽt ꝑdere uelit. Vnde Iuue. hoc usurpãs Saty. viii. ait furor ẽ post oĩa ꝑdere naulũ. & Oui. obsistere fatis nemo potest. dãnis addere damna nefas.

Lupum auribus teneo.

Naulũ qd. Iuue. Ouid.

Terren. Hierony Mar. Var.

hOc uet⁹ adagiũ a græco fluxit. dicũt. n. illi λυκον τῶν ὠτῶν ἔχω. hoc est lupũ auribus teneo. qđ apđ Terẽ. in phormiõe amator in periculo collocatus usurpauit. Tyberi⁹ Cæsar quoq; hoc idẽtidẽ Trãq. aucto re utebatꝛ. postremo Hierony. scribens aduersus Ioãnem origenistã: ait nũc uero q̃si auribus lupũ apphẽderis: nec tenere potes: nec audes dimitterꝫ. Nã pp auriũ exilitatẽ lu pi haud retineri possunt. de quo ẽt. M. Var. in. iii. de latina lĩgua meminit. qđ in re ancipiti piculosaq; dici solet: q. n. au ribus lupũ tenet: nec eũ dimittere audet: nec sine piculo te nere potest. a quo haud ualde illud discrepat.

T. Cesar.

Inter saxum & Sacrum sto.

Liuij. fenestel Plaut Gelli.

aPud romanos q haud quaq̃ minus religiõe q̃ armis cæteris gentib⁹ p̃stiterũt: mos uet⁹ erat. ut cũ fœd⁹ cũ qbusdã populis inirent: teste Li. ab urbe cõ. & Fenestel la de mgr̃atibus romãis hoc pacto facerent. ducebãt porcã ad cõfinia: ubi cõstitutã sacerdos fecialis saxo feriebat his uerbis utens. Quemadmodũ hãc porcã saxo feriã: ita ful mĩe a Ioue optĩo maxĩo feriatꝛ is: q hoc sanctũ fœdus frege rit. his poratis: porcã saxo feriebat. ex quo haud inelegãter ĩ eũ ꝓuerbiũ uenit. q ĩ piculo cõstitutus. ut dicat: ĩter saxũ & sacrũ sto. ꝑinde ac porca manet: anteq̃ a Sacerdote feria tur. de quo Plau. ĩ captiuis meminit. ubi ait ĩter sacrum & saxum sto.

Inter os & offam multum interest.

uErsus græcus est auctore Ge. li. xii. capi. xvi. πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου. hoc est multa cadũt ĩter calicẽ supremaq; labra. hoc ueteres q̃ breuissime dicerꝫ solebãt: ĩter os & offã. qđ signi ficat nõ eẽ de futuro nimis sperãdũ. ideẽt locum habuisse hoc ꝓuerbium tradũt. q̄ uir quidã ætate grãdæuus dũ ui-

neam plantaret: a uicino per derisum interrogatus est: cui uineam sereret? qui quum sibi serere respondisset: ludibrio habitus est: peride ac impossibile foret: eum tam diu uiuere: ut mustum ex ea gustare posset. Vidit tandem senex ex ea uuas: afferriq́ sibi præmaturos aliquot racemos & premi iussit: uicinum præterea accersiri: cui calicem musti plenum manu ostendens & iam pene admouens ori: putasti ne inquit uinum me ex uinea quam te spectante plantaui: gustaturum? Inter hæc Anhelus puer accurrit descendisse in uineam aprum nuntiat: uuasq́ uastare. Senex deposito calice in uineam properat. comitantur eum uicinus & puer: aprum prosecuntur. qui facto in senem impetu: eum necat. Sic quum calicem iam fere labiis admotum gustare non potuisset: locum prouerbio dedit. nō autem ille uenator: ut imperiti quidam diuinare conati sunt.

Ille Homo habet equum Seianum.

P Rouerbium est teste Gelio Libro Tertio capite nono Noctium Atticarum de homine in fœlici ac calamitoso. Cuius hæc ratio est. Cn. Seius equum habuit natum Argis: quem fama erat: progenitum esse ex equis: qui Diomedis thracis fuerunt. quosq́ Hercules Diomede occiso Argos perduxerat. hunc magnitudine inusitata fuisse: ceruice ardua: colore phœniceo: flaua & comanti iuba: cæterisque equorum laudibus insignem. Verumtamen ea fortuna: ut quisquis eum possideret. is cum omni domo: familia: & fortunis in perniciem deduceretur. Itaque ferunt Cneium. Seium primum eius dominum a Marco Antonio capitis damna

tum miserabili supplicio uitam finisse. Eodem tempore Dolobellam Consulem in Syriam proficiscentem fama eius equi permotum Argos diuertisse: emisseq; sestertiis centum milibus. Sed ipsum mox in Syria bello ciuili obsessum: atq; interfectum fuisse. Deinde eundem equum Caium Cassium qui Dollobellam obsederat: adduxisse. quem Cassium postea uictis parthis: fusoq; exercitu suo: miseram mortem oppetiisse manifestum est. deinde Antonium post iteritum Cassii parta uictoria nobilem illum equum requisiuisse: & mox eo potitum: uictum: atq; desertum: detestabili exitio interiisse. eiusdem quoque sensus est.

Dolobella. C. Cassius. M. Antonii.

Tolosanum aurum possidet.

OPpidum Tolosanum in terra (ita enim Gelius eodem libro tradit) Italia. Q. Cepionē consulē quondam diripuisse constat. in cuius templis quum multum auri fuisset inuentum: quicunq; ex ea præda aurum attigit: eum misero ac cruciabili exitu periisse manifestum est. At tibi Guide Princeps exercituiq; tuo nō sacrilegium (ut Terentio Varroni: ut. Q. Cepiōi creditum est) aliud ue perpetratum scelus cladem ullam afferet. qui (ut par est) tantopere uictrices militum manus (Secundæ enim res ut uerissime Crispus prodit: sapientium etiam animos fatigāt) a rebus sacris abstinentissimas seruas: qui militarem disciplinam a Federico patre: qui suarum rerum gestarum splendore facile Imperatorum omnium gloriam non modo æquiperauit: uerum mehercule ualde superauit: traditam pari seueritate & indulgentia pro loci: pro temporis: opportunitate regis: qui deniq; militem tuum armis tātum intentum esse facis. Scis enim optime Imperator

Gelii. Tolosanū oppi. Q. Cepio. Salusti.

Tolosa urbs. uires armis constare. quæ ubi a recto itinere desciuerint: se se oppressuræ sunt: nisi opprimantur. Cæterũ Iustinus libro. xxxii. Tolosam urbem Galliæ nõ Tolosanum in italia oppidum (ut in gelianis codicibus scriptum est) hisce uerbis appellat. Tetosagi ĩquit quum in antiquã patriã Tolosam uenissent: cõpræhensiq; pestifera lue essent: nõ prius sanitatem recuperauere: q̃ aurusspicum respõsis moniti aurum argentumq; bello sacrilegiisq; quæsitũ in tolosensem lacum mergerent: quod omne magno post tempore Cepio romanus cõsul abstulit. fuere auri pondo. c x. milia argenti pondo quinquies decies centum milia. quod sacrilegium causa excidii Cepioni exercituiq; eius fuit. Iustin9 hactenus. Strabo aũt libro Geographiæ. iiii. de tholosa cum Iustino conuenit: Thesauros uero (sic in codicibus legit) Scipionẽ: non Cepionẽ diripuisse tradit. Verum (ut obiter locũ corrigã) quamuis semidocti quidam hæc duorũ auctorum uerba inter se dissentire contendant: mihi maxime consentiunt. Loco enim Scipionẽ proculdubio Cepionem legendum est. de Tholosa Martialis itidem libro decimo mentionem facit. Iustin[us] Strabo Martia[lis]

Vbi Amici: Ibi opes.

q Voniam diuitiæ: bona ualitudo: potentia: honor: uoluptas: & his similia caduca & incerta sunt: & non tam in nostris consiliis q̃ ĩ fortunæ temeritate posita. Amicitia autem quæ a Lelio diuinarum humanarumq; rerũ cum beniuolentia & charitate summa consensio diffinitur: omnibus rebus humanis anteponitur. quippe qua nihil inuita mortalium utilius aptiusue (id. n. multis constat exẽplis) est. quemadmodum. M. Tullius perspicue ĩ Amicitia demõstrat: ubi Ami Tulli[us]

citia īquit plurimas res cōtinet. quo quo uerteris: præſto ē: nullo loco excludit: nūq̄ intēpeſtiua: nūq̄ moleſta ē. Itaq̃ nō aq̄: nō igni: nō aere: (ut aiunt) pluribus locis utimur. q̄ amicitia. Hinc teſte Plauto uetus fluxit prouerbium: ubi amici: ibi opes. qui uerum eſt ait uerbum: quod memoratur. Vbi amici: ibidē opes. & fabius Quintilianus libro quinto de hoc itidem meminit. ad quod Martialis haud dubie reſpexit illis uerſibus in libro quinto Extra fortunā eſt quicquid donatur amicis. quas dederis ſolas ſemꝑ habebis opes. Vnde Saluſtianus ſylla apud Iugurtam ſcienter ait nulli unq̄ hominum ſatis fuit amicorum. Tit9 quoq̃ ueſpaſianus (ut teſtis eſt Tranquillus) recordatus quōdam ſuper cœnā: ꝙ nihil cuiquā toto die præſtitiſſet: memorabilem illam meritoq̃ laudādā uocem edidit. Amici diem perdidi: quæ modo paſſim eruditorum præconio celebratur. caueant itaq̃ omnes: præſertim ꝑncipes (ut tu Guide facis) ne perdāt amici diē. Scipio æmilianus hui9 fortaſſe non īmemor prouerbii cuius in hoc Titus uidetᷣ ueſtigia imitatus: ſtudebat non prius e foro diſcedere: q̄ aliquem ex adeuntibus familiarem ſibi atq̃ amicum quo uis pacto effeciſſet.

Aſſore Temeſeum Genium.

(e)Vthymus poeta ſemper olympiæ uictor: ait plinius libro ſeptimo capite. xlvii. Cæterum uetus lectio pycta ideſt pugil non poeta habet. is in locris italiæ qui Epizephyri cognominātur: ortus Aſtyclēo patre: uel (ut in digenis perſuaſum eſt) Cæcino Amne genitus: qui locros a rheginis diuidit: hūc ſemel a Thaſio theagenē uictum Pauſanias tradit: non iuſto quidem certamine: ſed circumuentum dolo. unde nec theageni decre-

tus honor: insuper dānatꝰ ut mulctæ noīe talētū Euthymo repræsentaret. demū Euthymus in Italiā reuersus post octauam & septuagesimam fere olympiadem Temesam uenit: Genium loci quem Vlixis comitem fuisse ab oppidanisq; quia Virginem struprasset: interemptum ferebāt. ob id uagari laruas eius: & nisi placarentur: quotannis oblata uirgine crassari solitas: & pernitiē afferre omni ætati ac sexui: compescuit. liberata quam deuouerant puella: in matrimoniumq; deducta: uixisse per q̃ diu: alioq; q̃ cæteri mortales solent: modo humanis excessisse. Cæterum ut prouerbii sensus tandem reddatur: his Aeliani auctoritas addatur: qui octauo suæ historiæ libro ita inquit Euthymus locrus ex Italia pycta inclytus & robore insigni fuit: lapidem gestabat ingenti magnitudine: qui locris ostenditur: & Temesæum Heroa quod cuiq; per uim abstulerat: reddere coegit: etiam cum fœnore: ut inde natum sit adagium iis: qui sordidos & iniustos quæstus faciunt: Affore Temesæum Genium. de quo Strabo etiam libro. vi. geo. meminit.

Totidem nobis hostes esse: quot seruos.

p Rætextatus apud Macrobium libro Saturnaliorū primo: q; cum seruis comiter agendum: & eorum consilium non omnino sit contemnendum: uerba facit: aduersusq; Euāgelum ita inquit. Tu modo uiue cum seruo clæmenter: comiter quoq; & in sermonem illum & nō nunquam in necessarium admitte consilium. Nam & nostri maiores omnem dominis inuidiam: omnem seruis cōtumeliam detrahētes: Dominum patremfamilias: seruos familiares appellauerunt. Colant ergo te potius serui tui (mihi crede) q̃ timeant. Vnde putas arrogantissimum il-

lud manasse puerbium?quod iactatur totidem nobis hostes esse:quot seruos.non habemus illos hostes: sed facimus. quum in illos superbissimi: cōtumeliosissimi: crudelissimi sumus.de quo etiā Seneca epistola.lxvii.ad Lucillium meminit.

Video Vrsam parientem.

q Voties lōgo quempiā temporis interuallo uel admodum raro uidemus:dicimus puerbialiter Vrsam parientem uideo.Et.n.teste Pli.li.viii.cap.xxxvi. nihil quicq̄ rarius homines q̄ parientem uident Vrsam.

Sardi Venales.

t Iberius Semprōius Gracchus auctore Plinio de Viris illustribus altero cōsulatu Sardiniam domuit. ex eaq; tantum captiuorum adduxit.ut longa uenditione res in prouerbium uenerit.Sardi Venales.quo utimur. quum plus nimio res ī moram trahuntur.

Tantaleum poculum libemus.

p Hilippus Beroaldus uir utiq; memoria nr̄a eruditissimus ex philostrato enarrans illum Hieronymi locū uulgatissimum ī liminari pagina ueteris instrumenti:ubi ille ait ut Iarchā ī throno sedentē aureo & de tātali fonte potantem audiret docentem:ita differit.Iarchas apud indos phōrum princeps est.penes quem tantali statua subscriptione notata est:quatuor cubitorum longitudinis.q̄ similis ꝓpinanti phialā porrigit.in quam humor distillat incorruptibilis.ex hoc tantali poculo soliti sunt bibere īdici philosophi:ante q̄ somno indulgeant:iugem humorem perīde fundente:ac si ex fonte scaturiret.est āt amicitiæ firmandæ cā huiuscemōi compotatio apud indos īuenta.q ministrum eius faciunt pocillatoremq; Tantalum.ꝓpterea q; hic amicissimus mansuetissimusq; erga hoīes habitus est. hoc.n.

puerbiũ quũ ad amicos amicitiæ cõfirmãdæ cã scribimus: usurpare decẽter possum9. Ille hõ agit. qđ canis ĩ ægypto.

p Ost mutinensem fugaȝ quærentibus quibusdã qđ ageret Antonius: familiaris eius urbane quidem respondisse fertur. quod Canis ĩ ægypto: bibit: & fugit. qm̃ teste Macro. Saturnaliorꝫ lib. ii. & Plinio lib. viii. in illis regionibus cõstat Canes raptu crocodilorum exterritos currere: & bibere. quo puerbii loco uti possumus in eum. qui metu perculsus illinc quo se receperat: raptim aufugit.

qđ Canis ĩ egi pto crocodilli

Repetita Crambe.

i Vuenalis Satyra. vii. ita scribit Occidit miseros Crãbe repetita magistros. Vbi Pollicianus uir equidem sagacissimi ingenii græcum puerbium poetam expressisse affirmat. quod est. δὶς κράμβη θάνατος. quo significatur. qꝫ bis posita Crambe mors est. Crambe ãt brassicæ gen9 ẽ. idqꝫ expressit: ut fastidiũ repetitæ sæpius cõtrouersiæ notaret. quum uulgo quoqꝫ recalfacta brassica iã ĩ prouerbium fastidii concesserit. nos ãt eo uti possum9: ubi aliqđ sæpius repetituȝ nobis fastidiuȝ parit. Homo bulla ẽ.

b Vllas post cæteras significationes: etiaȝ appellamus tumores illos. qui in aqua p̃cipue quũ bullit: repente excitantur: & repente euanescunt. Vnde illud notissimuȝ ac probatissimũ apud Varronẽ lib. de re rustica primo prouerbium legimus. Homo bulla est. Nulla certe fieri uerior cõparatio potuit: ad uitæ humanæ fragilitatem ostendendam. Sumus. n. similes bullæ fluxi & momento caduci.

Bulla

Varro

Indoctos a musis atqꝫ gratiis abesse.

q Vintilianus institutionũ oratoriarꝫ li. ii. quũ de musicæ & eius laudibus loquitur: ita inquit. Vnde ẽt ille mos. ut in cõuiuiis post cœnã circũferetur lyra. cuius quũ se ĩperitum Themistocles cõfessus eẽt (ut uerbis Cicerõis

Cicero

78

utar) habitus est indoctior: denique in prouerbium usque græcorum celebratum est. Indoctos a musis atque gratiis abesse. quo nos admonemur non litterarum studiis tantum: Sed certe rerum omnium artium disciplinis pro uirili opam quoad uiuimus: impendere debere.

Prius testudo cursu præueniet leporem.

Græcum prouerbium est πρότερον χελώνη παραδραμεῖται hoc est prius testudo cursu præueniet leporem. quod in de tractum est. nam testudo lente incedit. lepus autem habita tam parui corporis proportionis ratione: omnium fere animalium uelocissimus est. unde quidam a pedum leuitate sibi nomen uendicasse uolunt. id quod Varro teste Ge. li. i. ca. xviii. minime probat. quum itaque impossibile sit testudinem cursu peruenire leporem: de his quæ factu difficilia sunt: huiusmodi prouerbium dicitur. Alterum de dasypode idest lepore apud græcos prouerbium extat: quod est.

Lepus Carnem quærit.

Græci dicunt λαγὼς περὶ κρεῶν τρέχει. hoc est lepus carnem quærit. quod de iis dicitur. qui ab alio quærunt: quæ in se habent. quemadmodum lepus si carnem quæreret: quæ maxime abundat. Scribit enim Aristoteles dasypodem timidum animal omnium prædæ nasci solum superfœtare: aliud educantem: aliud in utero pilis uestitum habentem: aliud implume: aliud inchoatum: aliud non perfectum. quæ itidem Plinius lib. viii. capite lv. ad uerbum propemodum refert. quod adagium elegantèr interpretatus est Teren. in Eunucho. qui ait lepus tute es: & pulpamentum quæris. i. quæris ab alio: quod in te habes. hoc est blandiris scorto: quum ipse sis scortum. quod si Donatus & cæteri illius poetæ interpretes intellexissent: non fuissent tot ambagibus usi in re simplici atque apta. nec me præterit: quod nonnulli ad id referri uolunt. quod singulis leporibus (ut Plinius ait) utraque uis inest. Verum prior sententia magis placet.

Gel

Aristo

De Dasypode

Plini

Teren.

Longa retro series.
Supra principium rem retexit. ves.

Ab ouo incipere.

n Emo fere est. sit quis mediocriter eruditus: quem fugiat quam longa sit Helenæ Genealogia: & sæpe atque sæpius a poetis repetita. ex quo quoties quis alte incipit. & propemodum supra principiu3 re3 retexere dicimus puerbialiter: illum ab ouo incipere. quu3 ex gemio ouo Castor: Pollux: Helena: Clytemnestra ortum habuerint. quod Horatius in poetica arte ita scribẽs tetigit: Nec gemino bellum troianum orditur ab ouo.

Horatius.

Cretes nescit pelagus.

c Retenses prioribus annis nauigãdi principatum tenuere. Vnde sermone uulgatu3 est prouerbiu3: q si quis q̃ callet se: ignorare dissimulat: dicimus ironicos Cretes nescit pelagus. hæc ex Strabone ad uerbu3. li. x. geog.

Difficilia honesta sunt.

p Lutarchus de liberis educandis. qđ. n. inquit ĩ cõsulto ac temere dictum factu3 ue sit. id pulchru3 esse nequit. Vtq; in puerbio est: Difficilia honesta sunt. Sensus3 ãt adagii facilis & apertus est. significat. n. id fere (quando uirtutis noĩe omnia honesta cõtinentur) qđ Lactantius in prĩo diuinarum ĩstitutionu3 libro ait. qui ita scribit. Nam quia uirtutibus amaritudo pmixta est: uitia uero uoluptate cõdita sunt: illa offensi: hac deliniti homĩes feruntur im præceps. & Pittacus pdifficile est inquit bonu3 esse. & M. Tullius quo difficilius: hoc præclarius. idem in calce tertii tusculanarum libri. Q uid ãt præclarum: non idem arduum: & Martialis ad hoc idem alludens ad furem: Non sex paratur aut decem sophos nũmis.

Plutar. Lactan. Pittac. Cicero Martial.

Qd inconsulto fit pulcrum esse nequit. Virtutis nomine omnia honesta sunt. Bonum est pdifficile est. Quo difficilius hoc p̃clarius. Qd p̃clarum idem arduum. Nõ sex paratur aut decem sophos nũmis.

Similis Bacelo.

q Vintilianus oratoriarum institutionum li. v. At uero in

quit statuarum artifices pictoresque clarissimi quum corpora quam speciosissima pingendo: fingendo ue: effingere cuperent: nunquam tamen in hunc inciderunt errorem: ut Bagoum aut Megabyzum aliquem in exemplum opis assumentes sibi: sed doryphorum illum aptum uel militiae uel palestrae: aliorum quoque iuuenum bellicorum & athletarum corpora decorare existimarint. Vbi Bagoum & Megabyzum pro imbellibus & mollibus accepit. Sed mendose Bacchiam (ut Hermolaus sup trigesimo quinto libro Plinii docet) scriptum erat. quod ait potes & Bacelum in Fabio legere: quem & semiuirum desidia & libidine insignem fecit prouerbium βακηλοσει: idest similis bacelo. auctor Suidas. quo nos in molles homines & itidem libidine insignes decenter uti possumus.

A lasso rixam quaeris.

Hoc antiquum est prouerbium: dicente Seneca libro de ira. iii. Vetus dictum est a lasso rixam quaeri. Vnde quoties quispiam seu diues seu uiribus praestans hominem pauperem irritat: uel imbellem aut defatigatum ad pugnam prouocat: eleganter dicimus a lasso rixam quaeris. quippe qui reluctari nec potest: nec omnino audet.

Diuturnae lemae.

Est quidem lema graecis lachryma: sed congelata: ut testatur Pli. li. xxiii. cap. ii. ita scribens si lemae in oculis erunt. licet omnes fere codices (ut Hermolaus perspicue demonstrat) perperam lachrymae non lemae habeant. Et quoniam huiusmodi lemae. i. lachrymae si diutius in oculis congelatae fuerint: hominem segnem ac pene stultum significant. Hinc apud Aristophanem prouerbium est κρονικαὶ λῆμαι hoc est diuturnae lemae in eos: qui parum prudentes sunt.

Ita fugito ne praeter causam.

h Oc uetus est puerbiu3: significat at q unusqsq deb3 uitiu3 uel culpa uel ifamia3 fugere: sed ita: q nullo id pacto pter cam suam sit: hoc est ne ptermittat cam suam. q sit sibi tutissimu3 receptaculu. aut ne timeat se ad alea expo nere: quu id res postulet. qd elegater a Teretio i phormio ne usurpatur. nos at decenter uti possum9: quu3 significa re uolumus: esse rebus nostris semper consulendum.

In Lente Vnguentum.

a Pud Geliu3 li. noctiu atticar. xii. cap. xxvii. puerbiu græcu3 legitur. Sic. n. ait Ne plane fiat græcu illd de Varrois Satyra puerbiu3 τον επιτηφακη μυθον idest i len te fabula3. Sed mendose scriptu3 est: ut p belle Beroaldus demostrat: q no fabula: sed unguentu & no μυθον: sed μυρον qd unguentu significat: legendu esse docet. male igitur lens leguminis genus cu3 unguento couenit. ex quo quu3 uolumus notare quempia pp iparilitate3 haud satis comode cum aliquo copulatu3 esse ad aliqua munia subeuda: dicimus i lente unguentu3 est. hoc puerbiu3 usurpat et. M. Tullius qda ad Atticu3 epistola decenter ubi i lente ungue tum dixit: quum carpere uoluisset Lentulum clodiæ filiu3 haud quaquam cu3 Metello Cretico & L. Flacco uiris cla rissimis in legatione collegam copulandum.

Nihil cu fidib9 gracculo: nihil cu Amaracino sui.

i Dem Gelius i calce operis meminit ueteris puerbii: qd haud loge abest a superiore. sic. n. ait Vetus Ada gium est nihil cu3 fidib9 gracculo: nihil cu3 amaracio sui. Sensus puerbi est satis aptus. quo significat: neq musica gracculis auibus obstreperis & clamosis: neq unguentum porcis imundis & lutosis couenire. Amaracinum. n. penul tima correpta teste Pli. li. xiii. ca. i. ungueti genus est. quod

(ut apud Lucreti. li. vi. legere est) peculiariter sues odere. hoc igit̃ ꝓuerbiũ ĩ eos usurpamus: q (ut Vergiliano utar uerbo) illaudati se se uiris illustribus cõferre: & ãplissimos honores inhiare audent.

Harenam mensuras.

q Vũ liber pr̃ ꝑ deserta lybiæ exercitum duceret: uniuersa iã Asia deuicta: & siti admodũ laboraret: ĩplorasse a p̃re auxiliũ dr̃. quo fc̃õ apparuit ei extemplo Aries. quẽ dũ fugientẽ seq̃tur: ꝑuenisse illo duce ad fontẽ amœnissimũ. qua pp desiderio pot⁹ existimasse Arietẽ illũ fuisse Iouẽ: eiq; templũ miræ magnitudĩs ĩ harena cõstituisse. de quo Martia. uersus Dissimuletq; deum cornibus ara frequẽs. id licet Pollician⁹ de Apollĩs ara ĩ delo dictũ esse cõtendat. & Deũ uocasse Amõẽ: hoc est Iouẽ harenariũ Græci. n. αμμον harenã uocãt. Vnde ẽ frequens hoc apd̃ eos ꝓuerbiũ de iis: q frustra ĩ re difficili laborant: αμμον μετρεῖς hoc est harenã mensuras.

Cyprii bouis merenda.

u Eteres Cyprii bouis merendã loco ꝓuerbii uocabãt: turpẽ cœnã ac uilẽ significare uolẽtes. q̃m ĩ Cypro ĩsula boues humãõ stercor̃ pascebãtur. auctor fest. Pomp.

Iacta est Alea.

a Ppiamus Alexãdrin⁹ li. ii. ciuiliũ bellorꝫ & Sueto. referunt Cesarẽ quũ is e gallia rediens armato exercitu (qd̃ senatu cautum erat) Rubiconis põticulum transisset: Iacta est alea dixisse. qd̃ ꝑfecto uice ꝓuerbii ĩoleuit: quum sic ĩcœpta res est: ut desistere integrum nõ sit: q; dicamus iacta est alea. (iacere. n. aleam: significat se periculis exponere.) d̃ quo Cicero ĩ philippicis meminit. hoc. n. incertos ac audaces subeuntib⁹ casus (ut plutarch⁹ ꝓdit) uulgo exordiũ esse solet. alea ãt dicitur d̃ oĩ ludo ĩ fortunæ uarietate collato: accipiturq; ꝑ ꝑiculo atq; discrimĩe & rerꝫ

Appian⁹. Sueton⁹. In philippicis

extra oēz aleā in genij.
Alea fati.

euētu. ut Plinius. M. Tullius ēxtra oēm ingenii aleā positus. & Luc. quoq placet alea fati alterutrū mersura caput.

Das assem Elephanto.

h Oc dictitare solebat Augustus Cæsar: (ut testis est Suetonius) quū quispiā illi libellum timide porrigebat. Cuius ēt rei Macrob. est auctor. qui in Saturnaliorum lib. ii. ita ait: Augustus quum ei qdam libellum trepidus offerret: & mō pferret manū: & mō traheret: putas iquit te Assem elephāto dare? q. n. assem hoc est nūmū elephanto dabat: cum pauore & formidie porrigebat. Vnde i eos qui timide aliquid agunt: puerbium est Das assē elephanto. de quo Quintilia. quoq lib. institut. orat. vi. meminit. qđ āt elephantis a populo nūmi darentur. testatur Pli. sic scribens in. viii. de elephantis: Stipes quas populus dedisset: seruatæ & in sinu effusæ.

Lupus est in fabula.

l Vporum uisus credit homini noxius esse: uocemq ei quē priores uiderit: adimet. Ver. i bucolicis ita scribēs testatur. Nūc oblita mihi tot carmia. uox quoq Mœri iā fugit ipsa: lupi Mœriz uidere priores. Hic factū ē puerbiū Lupus est i fabula. quoties supueniente eo: de quo sermo erat: necesse est tacere. qđ Teren. in Adelphis usurpat.

Hic nauigat Anticyram.

a Nticyra isula est: ad regionem phocaicā ptinens i corinthū uersa. i qua igens hellebori copia nascitur. qđ quū morbo comiciali medeatur (ut cōstat auctore Pli. Liuiū drusum ob eā cām Anticyram petiisse) & ad purganda corpora ualeat. Ouidio i. iiii. de pōto dicēte. I bibe dixissem purgātes pectora succos. qcquid & i tota nascitur Anticyra. sed potissimū insaniā tollat: teste Hora. i. ii. Sermo-

nū.q de auaro īsanienti ait. Danda ē hellebori multo pars
maxīa auariis. & Persio Satyra q̄rta Anticyras melior sor
bere meracas. hic ꝓuerbiuꝫ fluxit: ꝙ quum symbolicos &
subobscure quēpiam tanq̄ minime mentis cōpoteꝫ īsaniæ
coarguere uolumus: dicimus hic nauigat Anticyram.

Nilū habetis & Vinū quæritis.

P Icenius niger Roman⁹ īperator (ut. M. Antonius
Sabellicus ī historiis testatur) quū apđ ægyptuꝫ ab
eo milites uinum peterent: respōdit nilū habetis: & uinuꝫ
quæritis? qđ modo loco ꝓuerbii usurpatur. quum quis ui-
ni caritate laborans nimio magno studio uinū q̄rit. ueluti
nō haberet aquā primū mortalib⁹ poculuꝫ a natura datū.
cōsimile exemplū illud Augusti est. q teste Trāq. populuꝫ
de uini caritate q̄rentē seuerissime coercuit dicens. Satis ꝓ
uisum esse a genero suo Agrippa: productis pluribus aqs:
ne homines sitirent.

Sunt Apinæ Tricæq;.

M Artialis ī apophoretis uersus ē. ait. n. Sūt Apinæ tri
cæq;: & siquid uili⁹ istis. ī cuius (bona uenia dcm̄ sit)
interp̄tatiōe Domitius uir alioq non idoctus pspicue hal-
lucinari & claudicare uidet̄. qui īquit Apinæ: nam res leuio
res solebant mitti ī apophoretis. Apinæ ab apio fructu fra
gilis corticis. Tricæ īpedimēta dicuntur. hoc ille: qđ q̄tum
sniæ urbanissimi poetæ cōueniat: alioꝝ iudicio pensitāduꝫ
reliquimus. Cæteꝝ ego affirmare ausim Martialē ī hoc lo
co haud dubie uetus tetigisse ꝓuerbium. qđ huiusmōi est.
Apina Tricaq; duo apulliæ oppida fuerunt: q̄ teste Pli. li. iii.
cap. x. Rex Diomedes euertit: tanta ignominia: ut in ꝓuer
bii ludibriū transierint. quoties itaq; rē uilē & nullius p̄cii
ostendere uolumus. Apinas & Tricas noīamus. qđ uehe-

mẽter cũ poetæ sensu cõgruit. nobis ãt potissimũ explicare placuit: partí ut locũ emacularem: partí uero ut puerbii sensus apiẽdo studiosis cõsulerẽ. hoc. n. lõge plures usurparẽ: q̃ ĩtelligere uidebã.

Tã q̃ Polii folium es.

p Oliũ herba auctore Pli. li. xxi. ca. vii. ĩclyta est: Musei & Hesiodi laudibus celebrata: ac ad oĩa utilis. q̃ prsus mirã ĩ se uarietatẽ repẽtinãq; mutationez hz. eius. n. folia (ut tradũt) mane Cãdita: meridie purpurea: sole occidente cærulea aspiciuntur. Vnde iã puerbii loco inoleuit. ut quũ uolum9 quẽpiã taxare. quod aliud (ut Salustianis uerbis utar) Stãs: aliud sedẽs sentiat: & uari9 & mutabilis sit: dicimus tu tã q̃ polii folium es.

Vbi Vber: ibi tuber: ubi mel: ibi fel.

h Oc adagiũ luculenter a Plauto ĩ Amphytriõe his uerbis declarat. ait. n. ita diis placitũ ẽ: ab eodez culmine uoluptas & ei mœror comes sequit. qd regnũ (ẽ. n. rerũ omniũ uicissitudo) utrunq; potissimũ hẽt. ut Dionysii Syracusanorũ Tyrãni exẽplũ illud celebre demonstrat: Nã illius Democles qdã (ut Cice. ĩ ultĩa tusculã. & Hora. ĩ. ii. carminũ referunt.) diuitias atq; opes uæhemẽter admirabat: illũq; fœlicẽ putabat. At Dionysius q sibi suarũ curarũ cõsci9 esset: uis ne ĩquit Democles q̃ fœlix sit uita tyrãnica degustarẽ: quũ ille ãnuisset. iussit hoĩem ĩ strato purpura atq; auro exornato recũbere: epulasq; regio luxu ĩstructas appõi: adesseq; illi q administrarent: pulcherrĩos pueros. adeo ut fœlicissimũ illis rebus se putare Democles posset. Verũ eodez tpe ex laquearib9 triclinii acutũ ensem eqna seta alligatuz supra discũbentis caput pẽdere curauit. maxĩo timore p oĩa tpis puncta afficiebatur Democles: ne in caput suum decideret ensis. ita nullã ex tãto rerũ apparatu uoluptatẽ ca

pere potuit: Sic Tyrãnu; orauit: ut abire liceret: q̃ iã beat9 nollet eẽ. Quod itide; teste Sueto. Augustus cognoscẽs de resignãdo ĩperio bis cogitauit. qđ tñ ne faceret Vergili9 suasit. Te quoq; Guide Prĩceps ne tã dira cupido capiat. est enĩ pulchru; ĩp erare: Sed bñ (ut tu ipse facis) admodum difficile: quod Dioclitianus dictitare solebat.

Argentanginam pati.

c Litolaus scripsit legatos Mileto publicæ rei cã uenisse Athenas: tũ q ꝓ se se uerba facerent: quos uisum erat aduocasse. aduocatos (uti erat mãdatu;) uerba ꝓ milesiis ad populu; fecisse. Tunc Demosthenes milesioꝝ postulatis acriter rñdit. Res ĩposteꝝ die; reiecta est. legati ad Demosthene; uenerunt: magnoq; ope orauerunt: uti contra ne diceret. a quibus auctore Gel. li. x. cap. ix. pecuniæ q̃tu; petiit: accepit. postridie quu; res agi đnuo cœpta esset: Demosthenes lana multa collu; ceruicesq; circunuolutus ad populu; ꝓdiit. & dixit συναγχυν: idest anginã pati q̃ est morbi genus: eo cõtra milesios loqui ñ quire. Tu; e populo un9 exclamauit nõ συναγχυν. i. anginã s; αργυραγχυν hoc est argentanginã esse: qđ etia; ipse Demosthenes postea nõ cõcelauit: qn gloriæ quoq; sibi assignauit. Nã quu; Aristodemu; actore; fabulaꝝ ĩterrogasset: q̃tum mercedis uti ageret: accepisset: & Aristodem9 talẽtu; rñdisset. At ego plus ĩquit accepi: ut tacere;. hãc q̃uis historiã. C. Gracchus ĩ orõnibus eodẽ Gelio testãte ĩ Demadẽ cõtulerit. qđ undecunq; sit: uice ꝓuerbii ĩcrebruit ĩ eos: q pecunias accipiunt: ut ĩiuste agãt: uel quũ ĩ agẽdis cãis loq deberent: ipsi tacent pecunia corrupti.

Nodu; ĩ Scirpo quæris.

s Cirpi teste Donato lenis iunci spẽs sunt: & qm̃ nodo carent. hic fcm̃ est ꝓuerbiu; Nodu; in Scirpo q̃ris.

de iis: qui i rebus claris atq aptis difficultatem faciūt. de quo Teren. i Andria meminit. Homeromastix.

z Oilus libros aduersus Homerꝝ scripsit: eosq Alexandriā ueniens Ptolomeo Regi recitauit. Ptolomeus quuz audiuisset poetarꝝ parentem īdigne carpi: nullum illi respōsum dedit. Zoilus quum diu fuisset in regno: rerum tandem inopia cōpulsus Regem adiit rogās: ut sibi dari aliquid iuberet. Tunc Rex inquit Home. qui mille ante ānis decessit: æuo ꝑpetuo tot milia hoiuz pascit. quare tu quoq debes: qui meliori ingenio te ꝓfiteris: non mō unum: sed etiam plures alere posse. Dignum ꝓfecto sapientissimo rege respōsum. Hic uero sibi cognomen adoptauerat: ut Homeromastix uocaretur. Ouidio dicente i prio de remedio amoris: Ingenium magni liuor detractat Homeri. Quisquis es ex illo zoile nomen habes. qđ uerbuz apud græcos flagelluz significat: Tractum inde ꝓuerbium. ut oēs huiusmodi doctorꝝ uirorꝝ calumniatores homeromasticas noiemus. oibus deniq obtrectatoribꝰ accōmodari ꝑt. ut Vergiliomastix. Gelius i fronte. xvi. noct. Atticarꝝ libri cuius liber inquit etiam fertur nefando titulo Ciceromastix. usurpat Plinius quoq in suo proœmio.

Ad Calendas græcas.

a Vgustus Cæsar (ut Tranquillus tradit) quuz uolebat aliquē nunq̄ esse solutꝝ significare: nō illepide dicebat. soluet ad calendas græcas: hoc ē nunq̄. qa græci nō hn̄t calēdas. i itideꝫ significatum quoq elegāter dicimꝰ ad Neomenias latinas. quia (ut refert Hieronymus ad fregellā de interpraetatione psalmorꝝ) latini neomeniis carent.

Leges bonæ ex malis moribus procreantur.

q Vuz populꝰ romanus nimio luxu corruptus sum-

ptuosissimus circa coenas effectus esset: q(ut Horatius ait)nusq̄ medium esset:multæ seuerissimæ leges ad huius modi luxuriã coercendã latæ sunt. quas Cato cibarias ap pelauit: Cæterę sumptuariæ dicebant. idest de moderãdis sumptibus latæ. Inde uetus puerbium manauit leges bo/ næ ex malis moribus procreantur. Et. n. nisi pessimis effu sissimisq; uiueretur moribus: profecto non opus ferundis legibus esset. de quo Macrobius li. Saturnaliorum tertio mentionem facit.

Euenit mihi quod Polluci.

s Vetonius de ædilitate Cæsaris ita scribit: Venatiões ãt ludosq; & cũ collega & separatĩ edidit. quo factũ est: ut cõmunium quoq; ĩpensarum solus gratiã caperet. nec dissimularet Collega eius. M. Bibul9 euenisse sibi qđ polluci. hæc ille: Ideo. n. dicebat bibulus sibi accidisse qđ polluci. nã quum templũ esset sacratũ Romæ in foro te/ ste Liuio lib. ii. Castori & polluci: unius tñ Castoris diceba tur. quod uice prouerbii usurpari põt. quũ duo cõmune munus obeunt: alter uero muneris mercedem asseqtur.

Ede Nasturtium.

n Asturtiũ auctore Plinio li. xx. capite. xiii. herbæ ge nus est: nomen ãt a narium tormẽto accepit. Vnde factum est prouerbium ad excitandum torporẽ ἔσθιε κάρδαμον: hoc est ede nasturtiũ. quod pinde est. ac si dicere/ mus expergiscere: excitare.

A Caluo ad Caluum.

c Aius Caligula altera fax humani generis stãs (ut te stis est Trãquillus) intra mediã porticũ uolens ut in differẽter oẽs custodiæ ad suppliciũ deducerentur: hac pro uerbiali ellocutiõe: idest a Caluo ad Caluum usus est. cu/

ius rei (ut Dion auctor est) rō hæc est. quu3. n. Caligula re cognosceret custodias. duo forte aderāt Calui: alter ī sūmo alter in imo carceris. ita ut inter duos caluos oēs custodiæ cōtinerentur. Caius igit̃ ut nullo delictoꝝ discrimine habito oēs ad unū punirentur: ita symbolicos ad suppliciu3 duci īperauit. qđ loco ꝓuerbii usurpare possumus. quum aliquid nullius rei habita ratione fieri iubemus.

Non oīum est uiroꝝ Corinthu3 nauigatio.

s Trabo lib. Geographiæ. viii. quū de Corintho loquitur: ita īquit Veneris etiā templu3 adeo locupletatu3 extitit: ut supra mille Deæ ꝓstitutas puellas caperet: quas Veneri uiri mulieresqꝫ addixerāt. pp has igitur frequens in urbe3 multitudo turbaqꝫ cōueniebat. Vnde Ciuitas mirū īmodu3 ditabatur. nautæ etiā leuiter sumptus factitātes absūmebātur. Hinc uulgatu3 ueteri sermōe ꝓuerbiu3: Nō oīum est uiroꝝ Corinthu3 nauigatio. Phociō āt (ut Gel. ē testis) inde natum tradit: qꝫ Lais meretrix non admittebat nisi: qui soluerent: q̄tu3 posceret. Cuius Horati. quoqꝫ li. epistolaꝝ prio meminit. nos āt uti possumus: quu3 īuere uolumus fortunā nō æqua lāce omnibus fauere. Eodē ēt Stra. teste cuiusdā meretricis facetu3 illud posteris uulgatu3 est respōsu3. nā quu3 altera illi exprobraret inertiam: qꝫ nulla operis teneretur industria: nec lanas attingeret. Ego inqt talis in hoc breui tpe ternas disposui telas: innuens se maiorem diuulgādo corpore q̄stū fecisse: q̄ illā ex lanificio.

Pœnitere tanti non emo.

q Vu3 inter eas meretrices de quibus superius diximꝰ Lais esset: q̄ auctore Gel. li. i. cap. viii. ob elegantiā uenustatēqꝫ formæ grāde3 pecunia3 demerebat. Cōuentus ad eā ditioꝝ hoīum ex oī græcia celebres erāt. nec tñ admit

84

tebat:nisi:q dabat:qđ poposcerat. poscebat āt illa nimiaʒ q̃titateʒ. ad hāc ille Demosthenes clancluʒ adiit:& ut sui copiā faceret:petiit. At lais μυρίας δραχμὰς:idest decē drachmaꝝ milia poposcit. tali petulātia mulieris atq̧ pecuniæ magnitudīe ictus expauidusq̧ Demosthenes auertitur:& discedens Ego inqt pœnitere tāti nō emo. qđ nos uel ī cōsimili re:uel quū ea declinam9:q̃ si ꝑpetrarem9:paulo post pœnitentiā nobis allatura forent:prouerbialiter usurpare quimus.

Hic habet fœnuʒ in cornu.

b Oues quuʒ cornu petūt:mos est:ut in eoꝝ corniculis fœnuʒ alligetur. quo signuʒ datur trāseuntibus:ut caueāt. hinc metaphoricos ꝓuerbiuʒ fluxit. ut quuʒ hoīem maledicū cernerent:fœnuʒ hēt ī cornu dicerent. Hora. ī. i. Sermonū fœnuʒ hʒ ī cornu:lōge fuge.

Prandium Caninum.

p Randium abstemiuʒ ī quo nihil uini potatur:ꝓuerbialiter caninū appellatur. quia canis uino caret. hæc ex Gelio libro decimotertio.

Nulla dies sit sine linea.

a Pelli illi oīuʒ pictori optīo ꝑpetua cōsuetudo fuit:nūq̃ tā occupatā diē agendi:ut nō lineā ducendo artē exerceret. exquo natū ē ꝓuerbiū. quū significare uolum9 nō esse frustra terēdū tp̄s:Nulla sit dies sine linea:dicimus.

Pro adamato Vespasiano.

h Oc ꝓuerbialiter dici p̄t. quū qs ī rationario libello referre uellet:qđ ꝓ munere amatorio ꝓdegerit. ut facete admoduʒ ipse Vespasianus usus est aduersus procuratores suos rationeʒ impensaꝝ referentes. Tranqllus auctor.

Citius elephanti parient.

p Linius ī p̄fatione inquit:quuʒ celeri9 ēt elephāti parient. qđ ideo ꝓuerbio increbruit. qa. x. annis (ut idē

Plinius libro. viii. capite. x. tradit) gestare i utero elephantos uulgus existimat. Aristoteles bienio: nec amplius q̃ singulos uno partu gigni refert. Vnde uetus adagiũ est. quũ significare uolumus aliquid tarde fieri: ut dicamus celerius elephanti parient. ad hoc uel illo utimur.

Citius mula pariet.

p Linius lib. viii. capite. xliiii. de mulis ita disserit. obseruatum ex duobus diuersis generibus nata tertii generis fieri: & neutri parentum esse similia. eaq; ipsa q̃ ita nata sunt: nõ gignere in oĩ animalium genere. Iccirco mulas nõ parere. qđ etiã testatur Aristo. libro. x. de aĩalibus. qui inquit genus mulorũ totum est sterile. Est tñ in annalibus peperisse sæpe: uerũ prodigii loco habitum. qđ Appianus Alexãdrinus lib. i. in ꝓdigiis accidisse: ante Syllæ ingressũ in Vrbem prodit. Theophrastus uulgo parere ĩ capadocia tradit: sed esse id animal ibi sui generis. Itẽ Plinius. li. xxx. capite ultimo (qđ nõ longe ab re est) quũ de quarundam bestiarũ miraculis loquitur: puluerem inquit in quo se mula uolutauerit: corpori ĩspersum mitigare ardores amoris.

Velocius q̃ Asparagi coquantur.

a Vgustus Cæsar ad explicandã (auctor Trãquillus) festinatæ rei uelocitatem dictitabat: citius q̃ Asparagi coquantur. qui quum cito coquantur. iam Cæsaris dictum in prouerbium cessit.

Ad uiuum non reseco.

h Oc a medicis tractum est. qui usq; ad uiuam carnem uulnera curant. quo Lelius in Amicitia ad superstitiosam nimisq; subtilẽ refutandã stoicorũ de sapientibus sententiam usus est. quod significat nõ esse oĩa ad unguẽ exploranda. a quo nõ discrepat illud ab eodem Lelio pro

uerbii loco paulo inferius usurpatum.

Agamus pingui Minerua.

m Inerua ingenium dicitur. (est enim ingeniorum dea) quare quum significare uolumus non oportere nimis anxie & morose: atque curiose omnia inquirere: dicimus Agamus pingui minerua: idest crasso ingenio. quod Colu. lib. xii. ita scribens usurpat: in hac autem ruris disciplina nõ desideratur eiusmodi scrupulitas: sed (ut quod dicitur pingui minerua) & cete. cuius deæ quum mentio facta sit: nõ erit alienum subiicere illud.

Sus mineruam docet.

m Ineruam non solum ingenii (ut dictum est) Deam esse poetæ finxerunt: sed sapientiæ omnes appellãt. quippe quæ ex uertice capitis Iouis nata est. quare Horatius in carmine ait: proximos illi tamen occupauit Pallas honores. Nam deo nemo proximior est: q̃ ipse sapiẽs. At sus quum omnium animalium immundissimus sit. quid tam impar & indecens atque absurdum est: q̃ suem docere Mineruam? quoties igitur hominem imperitum uidemus: q sapientem docere nitatur: non illepide huiusmodi prouerbio utimur. quod Hieronymus in quadam ad Ruffinum epistola usurpat. q illud quoque loco adagii ĩ eadem epistola.

Oportet mendacem esse memorem.

h Ieronymus inquit oblitus ueteris prouerbii mendaces memores esse oportere. Et Apuleius in Apologiæ oratione secunda sæpe audiui non de nihilo dici mendacem memorem oportere. cui illud Terentianum fallacia alia aliam trudit: subiacet.

Tenebræ Cimmeriæ.

u Etus adagium est ab antiqua historia sumptũ. Cim

merii enim populi Scytici fuerunt. a quibus Bosphorus cimmerius nominatus est. quãuis Strabo in septimo geographiæ Cimmerium bosphorum quasi cimbrium a cymbris dictum putet. Cimmeriorum autem clima quum tenebrosum sit: & aer quoq; caliginosus: ut testis est idẽ Strabo in primo: & Tibullus dicens Cimmerion etiam obscuras accessit ad arces: Quis nunquam candente dies apparuit ortu. Hinc deductum est prouerbium Tenebræ Cimmeriæ in eos: qui tanquam cæci omnis ueritatis expertes sunt. quod Lactantius Firmianus libro diuinarum institutionum quinto capite tertio sic scribens usurpat: O cæcuз pectus: o mentem cimmeriis (ut aiunt) tenebris atrioreз. Et Diuus Hieronymus contra Ioannem Hierosolymitanum Rogo inquit quæ tanta est cæcitas cimmeriis (sicut aiunt) tenebris inuoluta. Cimmerios etiam Ephorus in Italia fuisse tradit iuxta lacum auernum: & in subterraneis habitasse domiciliis: quorum morem patrium esse: ut solem nemo intueatur. Verum nocturno tempore egrediũtur. de quibus Dionysius de situ orbis meminit: & Festus Pompeius ita scribens: Cimmerii dicuntur homines: qui frigoribus occupatas terras incolunt. quales fuerunt inter Baias & Cumas in ea regione: in qua conuallis satis eminẽti iugo circundata est: quæ neq; matutino neq; uespertino tempore sole contingitur.

Homo duræ Ceruicis.

c Eruix in singulari contra Seruii sententiam: præter alia significata: a scriptoribus sæpissime pro superbia usurpatur. Vnde uice prouerbii increbruit Ho-

mo duræ Ceruicis: hoc est superbus. Vel ab eo: quia ceruix posterior colli pars est. ex qua origo est omnibus neruis: & quoniam nerui ipsi corpus erectum ac rigidum faciunt: Qui in ceruice sunt collocati: dicimus hominem duræ Ceruicis: quasi indomabilem: more ferocium boum. Et a Diuo Hieronymo in interpraetatione ueteris instrumenti dictum est: Populus iste duræ Ceruicis est.

Dies adimit hominibus dolorem.

h Oc auctore Terentio in Heanton. Vetus est Adagium. apud quem Menedemus conquerens aut illud inquit falsum est: quod uulgo audio dici: Diem adimere ægritudinem hominibus. significat autem illud quod Seruius Sulpitius ad Ciceronem de obitu Tulliæ scribens: ait Nullus dolor est: quem non longinquitas temporis minuat: atque molliat. Vnde uere Ouidius tempus rerum edax appellat. quando dolorem minuit uel tollit. quod haud facile est: nam (ut Cicero ait) cui placet obliuiscitur: cui dolet meminit. Nos autem hoc adagio uti quimus: quum innuere uolumus tempus omnia consumere. uti Marcus Tullius dicit nihil est opera manuque factum: quin non minuat: consumatque uetustas. & Horatius in carmine Damnosa quid non minuit dies?

Epimenidis somnum dormit.

e Pimenidem auctor est Plinius libro septimo capite. lii. & Laertius libro primo Cnosum puerum æstu & in itinere fessum in specu septem & quinquaginta dormisse annis: rerum faciem mutationemque mirantem uelut postero experrectum die. ex quo iam loco Plini

prouerbii uulgatum est: q̄ quum uolumus notare quem-
piam: quia segnis & somniculosus sit: totumq̄ uitæ fere tē
pus dormiat. dicimus hic Epimenidis somnum dormit.

Næc oĩa: nec passim: nec ab omnibus.

i N quadam diui Seueri epistola & Imperatoris An-
tonii græcum adagium reperitur. ea citatur ab Vlpia
no ĩ primo de præconsulis officio: eodemq̄ titulo ponitur
in digestorum libro primo. Verba sunt hæc epistolæ: quæ
quoniam elegantissima & bonæ frugis plena sunt: ediscen
da iis censeo: qui rempub. gesturi sunt. Quantum inquit
ad xenia pertinet: audi quid sentimus. græcum prouerbi-
ū est ουτε παντε ουτε παντ οτε ουτε παρα παντων: hoc
est nec omnia: nec passim: nec ab omnibus. Nam ualde in-
humanum est a nemine accipere: sed passim uilissimū: &
per omnia auarissimum. ab hoc igitur celebri adagio adi-
scant: qui magistratus gerunt: uel ipsi etiam principes: ut
munera recipienda sint. quæ (ut in ecclesiastica historia
non minus uere quam eleganter legitur) occæcant prudē
tes: & iustorum uerba subuertunt. in his proinde capien-
dis modus habendus est: quemadmodum hoc prouerbio
monemur.

Pollicem præmere.

u Etus prouerbium est: auctor Plinius libro uigesimo
octauo cap. ii. ubi ait: pollices quum faueamus præ-
mere etiam prouerbio iubemur. quod Horatius epistola-
rum libro primo tetigisse uidetur sic scribens: Consentire
suis studiis qui crediderit te: fautor utroq̄ tuum laudabit
pollice ludum. ex quo illud Iuuenalis peritissime: Et uerso
pollice uulgi quemlibet occidunt populariter: ceu si uerso
pollice tollatur fauor. nam ut fauere qui pollicem præme

rent: (ita censeo) qui uerterent: denegare gladiatoribus fauorem credebantur. quemadmodum auctore Augustino de Ciuitate dei libro decimonono quum de Isidis & serapidis simulacro loquitur: digito labiis impressio silentium fieri significatur. & tollere digitum teste Cicerone in Verrem: & Martiale libro quinto ad hospites: est se uel conductorem uel emptorem ex publica uenditione aut locatione significare.

Scytala laconica.

m Arcus Tullius in quadam ad Atticum epistola sic ait: habes scytalam laconicam. quo prouerbialiter dicto significare uoluit epistolam breuissime scriptam: & occulto significatu obscuratam: sicut lacedæmonii ueteres facere consueuerunt. qui occultare uolētes litteras publice ad Imperatores suos missas: ne ab hostibus exceptæ consilia sua indicarent: epistolas mirando commento scriptas mittebant. namque lorum tenuissimum surculo tereti atque oblongo complicabant: & in eo loro litteras per transuersas iuncturarum oras inscribebant: id lorum deinde ex surculo reuolutum Imperatori suo mittebant. qui huiuscemodi conscius surculo compari quem habebat: Lorum consimiliter complicabat. atque ita litteræ per ambitum eundem surculi coalescentes rursum coibant: & ita integram & incorruptam epistolam & facilem legi præstabant. hoc genus epistolæ græce Scytale Laconice: hoc est Scytala laconica nuncupabatur. auctores Gelius libro decimosexto capite nono. & Plutarchus in lysandro. quum Cicero igitur exemplum epistolæ Marcii Antonii ad se missæ inseruisset epistolæ ad Atticum dixissetque: habes scytalam laconicam: hoc

est epistolam breuitate laconica perscriptã & super reb9 arcanis compositam. sicut lacones componere consueuerãt. nos itidem quum significare uolumus furtiua scripta uel per notas composita (ut dictator Cæsar auctore Suetonio facere consueuit) nominare possumus prouerbialiter Scytalam laconicam.

Conscientia mille testes.

n Ihil equidem est: q magis penitus hominem introspiciat; eiusque animum noscat: q̃ ipsa conscientia. quæ si scelerum conscia est: nos semper sollicitat & torquet: Iuuenale dicente & tacita sudant præcordia culpa. Si autem bene actæ uitæ non expers est: oblectat & fouet: atque aduersus omnia maledicta tuetur. Vnde uetus manauit prouerbium Conscientia mille testes. perinde ac si diceretur eam uim conscientia habere: quam mille testes. De quo Q uintilianus in quinto meminit.

Albus an ater sis.

c Atullus in Cæsarem hoc uetus prouerbium exprimit: ubi inquit Albus an ater homo: per quæ uerba prouerbialiter dicta significat se nihil facere utrum Cæsar bonus sit: an malus. Albus enim bonum & liberalem: Ater uero malum & sordidum signat. sicuti interpratatur Porphyrio apud Horatium. qui & ipse in secundo epistolarum libro in ultima ad Iulium Florum epistola hac prouerbiali elocutione usus est: illo uersu mortalis in unum quodque caput uultu mutabilis Albus & ater. de quo intellexit Q uintilianus libro undecimo: quũ negat inquit se magnifacere aliquis poetarum utrum Cæsar sit ater an albus homo. Q uod apud eruditos

frequens est: sicut apud Apuleium. qui ita scribit in apologia: Etiam libenter te nuper usque albus an ater esses ignoraui: adhuc hercle non satis noui. & apud Diuum Hieronymum scriptum legimus in libro contra Heluidium: Quare balbutis & erubescis: albus (ut aiunt) ater ue sis nescio. Nos autem hoc adagium usurpare possumus in eos: quos subdole notamus: Quod minime boni sint.

In portu nauigo.

i Am qui in portu nauigat: tutus est a tempestate & fluctuum impetu. ex quo quum uolumus dicere prouerbialiter tutus sum: dicimus in portu nauigo.

Da mihi testimonium mutuum.

g Ræci nullius religionis: nullius fidei hominum genus utpote qui uitiorum omnium (ut Plinius ait libro decimoquinto capite quarto) genitores sunt: testimonia inuicem inter se mutuant. Quo fit huiusmodi testes non iusiurandi: Sed lædendi eum uerba meditantur: in quem testificantur. Vnde apud eos prouerbium erat: Da mihi testimonium mutuum: dicente Marco Tullio in Oratione pro Lucio Flacco testimoniorum religionem & fidem nunquam ista natio coluit: totiusque huiusce rei quæ sit uis: quæ auctoritas: quod pondus ignorat. Vnde illud est: Da mihi testimonium mutuum: num Gallorum: num Hispanorum putatur: totum istud græcorum est. quod nos & in falsos testes & in eos qui turpiter inter se beneficia fœnerantur: usurpare possumus.

Tanq̃ habeas tria nomina.

n Obiles Romani fere omnes tribus nominibus p̄nomine: noīe: cognomine notabant: ut. C. Iulius Cæsar. antiq̄s āt simplicia noīa erant: ut Romulus & Remus: prænomen a Sabinis eos sumpsisse Prisianus autumat. idque uel differentiæ causa: uel ꝙ tempore quo Sabinos Romani asciuere ciuitati: ad confirmandam coniunctionem nomina illorum suis præponebāt nominibus: esse factum tradit. ex quo illud Satyricum tāquā habeas tria nomina: idest tanquam sis nobilis: uel tanquaꝫ sis in libertatem assertus. (ut Politiano placet) qui hoc de iis: qui manumittebantur a Poeta dictum putat. Sed undecunq; sit: iam in prouerbium cessit. in eos, qui sibi ipsis plus q̄ par sit: ultra dignitatem tribuunt.

Opera & oleum perdere.

m Arcus Tullius libro septimo epistolarum familiarium ad Marium uetus prouerbium usurpat: ita inquiens: in quibus ipse Pompeius profitetur se & operam & oleum perdidisse: hoc est omnem laborem irritum fuisse. quod tractum est: uel a palæstritis: quibus dabatur oleum: ut ungerentur. uel ab his: qui multum & frustra uigilantes oleum consumunt. Vnde in prouerbio eruditorum dicitur: plus olei q̄ uini con sumpsi. qđ equideꝫ tu Illustrissime Guide uere usurpare potes. qui manifestum iter ad ingenii lumen ostendens a teneris (ut græci dicūt) unguiculis: perinde primis litterarum elementis insistere cœpisti: ut (uide quantum sit assuescere) Deinceps nullos studiorum labores nulla ue incommoda subterfugisti. Q uare tu tanquam illud Antisthenis præterferens dictum μανειην μαλλον η ησθειην: idest insanirem potius quaꝫ oblectarer. non uoluptatibus undiq; circun-

fuſis ut cæteri ſolent: quibus perinde ac tibi fortuna rerum omnium copiam præſtiterit: ſed litterarum ſtudiis donec per ætatem munus militare obire nequiſti: omnem tuam operam per noctesq; lucubrationes enauaſti. plus igitur olei q̃ uini conſumpſiſti, ut ille quoque Demoſthenes cuidam eius eloquentiam demiranti reſpondiſſe fertur. Cui non abſimile eſt illud: quod Macrobius refert libro Saturnaliorum ſecundo de coruo ſutoris Cæſarez ſalutante: qui quum Auguſtus ſe talium ſalutatorum ſatis domi habere dixiſſet: quoniam memoria tenebat & illa: quibus dominum querentem audire ſolebat: ſtatim ſubtexuit: Opera & impenſa periit.

Talis hominum oratio qualis uita.

s Eneca libro epiſtolarum uigeſimo ad Lucillium ait. apud græcos in prouerbium ceſſit: talis hominibus fuit oratio: qualis uita. cuius etiam Plinius in epiſtolis libro quarto meminit: & Democritus inquiẽs Actionis umbra exiſtit oratio. auctor Plutarchus de liberis educandis. nam ut æra tinitu: ita homines ſermone dignoſcuntur.

Acta agis.

q Voties ea quæ iam acta ſunt: quiſpiam fruſtra ſæpius repetit. prouerbialiter dicimus: Acta agis: id eſt nihil facis. quod perbelle Cicero in amicitia declarat hiſce uerbis: Sed quum multis in rebus inquit negligentia plectimur: tũ maxime in amicis diligendis & colendis. præpoſteris enim utimur conſiliis: & acta agimus. quæ uetamur ueteri prouerbio. quod etiam Terentius in Adelphis uſurpauit.

Q ui non litigat Celebs eſt.

h Viuscemodi prouerbium a diuo Hieronymo sæpe repetitur. quod inde ortum est: quia dos uxoria lis uiris est: dicente Iuuenale Veniunt a dote sagittæ: & ipsæ uxores in nocte semper cōquestuosæ & garulæ sunt: ut idem non ne putas melius: ꝙ tecum pusio dormit: pusio qui noctu non litigat: quasi innuens cum uxoribus semper coniugibus litem & iurgium esse. propter quod Metellus Numidicus de ducendis uxoribus ad populum hæc uerba fecit. Si sine uxore possemus. Quirites esset: omnes ea molestia careremus. sed quoniam ita natura tradidit: ut nec cum illis satis commode: nec sine illis ullo modo uiui possit: saluti perpetuæ potius q̄ breui uoluptati consulendum. hæc ex Gelio libro primo capite sexto: quuꝫ litis itaq; (ut Chilon Lacedæmonius auctore Plinio libro septimo dictitabat) miseria ipsa perpetuus comes sit. hoc prouerbio monemur uxorem non esse ducendam. ut nobis illud sit: quod urbanissimus poeta sibi exoptat dicens Sit nox cum somno: sit sine lite dies.

Met. Numidic[us]

Mensa uobis solis est.

d Iuus Hieronymus in epistola ad Paulinuꝫ scribit Apollonium philosophum perrexisse ad æthiopiā: ut Gymnosophistas & famosissimaꝫ solis mē sam uideret: quæ talis erat: auctor Herodotus libro historiarum tertio: q in æthiopia inquit fuisse pratum omnium quadrupedum carne refertum: quā per noctem magistratus illic ponere festinabant. & ubi illuxisset: cuilibet licebat ad illud accedere epulum. indigenæ existimabant copiam epularum diuinitus suppeditari: & hanc solis mensaꝫ nuncuparunt. ad quaꝫ inspiciendaꝫ oliꝫ Cambyses misit legatos in æthiopiaꝫ: Solinus græco uocabulo heliu trapeꝫam

hoc est solis mensaȝ uocat: helias eniȝ græce sol: trapeȝa mē sa nominatur. de qua ita scribit libro tertio Pōponius mela: Est locus paratis semper epulis refertus: & quia ut libet uesci uolentibus licet: heliu trapeȝam appellant: & quæ passim apposita sunt: Affirmant inasci subinde diuinitus. ex quo quum uolumus prouerbialiter significare aliquos non suo sed suorum maiorum uel aliorum labore (ut hæredibus contingit) partis frui diuitiis: scite dicimus mensa uobis solis est: quasi diuinitus data. quum siquidem (ut Horati. ēt ait) nihil sine magno uita mortalib9 labore det.

Diuinare sapientem.

d Iuinare proprie est augurari & uera đ futuro dicere: ut Cicero li. iiii. epistolaꝝ familiariuȝ ad Appiū pulchrū īquit quasi diuinarē tali ī officio fore mihi aliquando expetēduȝ studiū tuū. & qa sapiēs ē: q ueꝝ dicit. hic ueteres auctoꝝ Don. sup ecyra ꝓuerbiū eē uoluerūt: sapiētē diuīaꝝ.

Nihil inuita Minerua facias.

h Oc græcoꝝ uetus adagiuȝ Cicero li. officioꝝ. i. pspicue declarat: ait. n. nihil decet ī uita (ut aiunt) Minerua obstāte. i. aduersante & repugnāte natura. Ideȝ ī pria tusculana: bene. n. illo græcoꝝ ꝓuerbio ꝑcipitur: quā quisqꝫ norit artē: ī hac se exerceat. & alibi Nihil aliud ē more gigātū pugnare cū diis: q̄ naturæ repugnare. Vñ ēt Hora. ī poetica arte ꝑcipit: Tu nihil inuita dices facies ue Minerua.

Clematis Aegyptia.

c Lematis ægyptia est herba (ut inquit Plinius libro uigesimoquarto capite. xv) nigra folio lauri longo ab aliis daphnoides: ab aliis polygonoides uocata. Vnde q corpulenti & nigro colore sunt: appellant͡ Clematis Aegyptia. ut Beroaldus refert.

Sybarites p platea cõtra fastosius igrediẽtes.

s Ybaris auctor Strabo libro sexto Geographiæ a flumine uicino cognominata ciuitas amœnissima fuit: haud procul a Crotone. Sybaritæ autẽ imprimis luxu & delitiis notabiles fuerunt. sic ut Principes omnium colerent ionas atq; tyrrhenos: quoniam alteri græcorũ utpote qui teste Valerio maximo libro secũdo omnium primi unguenti: coronarumq; in conuiuio dandarum: & secundæ mensæ ponendæ cõsuetudinem haud parua luxuriæ irritamenta adinuenerunt. alteri barbarorum luxuriosissimi. ab his sunt fabulæ Sybariticæ: quales ferme apud Aesopum: Plutarchus in conuiuio septem sapientum morem fuisse scribit: Sybaritis mulieres ab usq; anno priore ad conuiuia uocandi: ut ueste auroq; moliri exornareq; per ocium se possent. Vnde prouerbium deductum sybarites per plateã contra fastosius ingredientes: in eas potissimum mulieres: quæ comptæ & luxurioso ornatæ apparatu pompatico gressu incedunt. non minus etiam prouerbialiter sybariticæ delitiæ dicuntur: quum modum excedunt. & Sybariticos libellos: idest lasciuos apud Martialem libro duodecimo legimus: & apud Iuuenalem Sybaris colles. Saty. vi. cui non ualde absimile est.

Domi non hic milesia.

m Ilesii (ut Strabo docet) Ioniæ populi celeberrimi delitiis quoq; luxuriaq; insignes fuerunt. qui lepido & illecebrarum pleno sermone utebantur: ut de Aristide milesio Lucianus in amoribus refert: & Apuleius i frõte asini sui: ubi iqt. Vt ego tibi sermõe isto milesio uarias fabellas cõserã: auresq; tuas bẽiuolas lepido susurro pmulceã. ex quo græcũ prouerbium fluxit: ΟΙΚΟΤΑ ΜΙΛΗ

οικοι μὴ γὰρ ἐν θάδε: hoc est domi non hic milesia: uidelice in eos: qui domesticum luxum celebrant: ubi minus probatur. Vnde alterum est.

Olim fortes fuere milesii.

m Ilesii itaq; olim luxu diffluentes breui omne uirilitatis robur amiserunt. sicuti legimus apud Liuiū Hānibalis milites illos qui tot strages romanis intulerant: tot urbes insigni uirtute expugnarant: unius demum capuæ ciuitatis allectos illecebris: luxuria corruptos: mox turpiter effœminatos punicas uires perdidisse penitus: (tam pestifera luxuria & uoluptas est:) q͡ non temere deinde dicere tur illis capua altera Cannas extitisse: Vnde apud græcos ab Aristophane uulgatum est prouerbium. ποτὲ ἦσαν ἄλκιμοι μιλήσιοι: idest olim fortes fuere milesii. quo in eos utimur. qui quondam fœlices ac fortes in miseriam iam imbelles effecti deuenerint. a quo illud non discrepat.

Pestifera uoluptas et luxuria.

Fuimus Troes.

f Vimus troes hic loquendi color iam efficax de consuetudine chori illius lacedæmonii ductus: & in adagium ascitus. Nam ut est scriptum apud Plutarchum in libro. cui sic est titulus quo pacto laudare se quispiam citra inuidiam ualeat: chorus erat lacedæmoniorum trifarius: Senum: puerorum: iuuenum. Canebant autem senes ita: fuisse se quondam robustos iuuenes, pueri uero sic: se futuros longe his meliores profitebantur. Iuuenum cantio hæc erat: se iam id esse dicebant: quod uel illi fuissent: uel hi se futuros sperarēt. eiusq; rei paratos facere periculum. ex quo factum est: fuimus Troes. quod significat nō eos uiros esse fortes: uel fœlices: quos olim fuisse dicamus. de quo Vergilius in secundo Aeneidos meminit.

Chorꝰ lacedemonii triplex.

Dauus sum non Oedipus.

h Viusmodi Terentianum dictum iam prouerbii loco uulgatum est: quo utimur: quum significare uolumus nos diuinandi artem non callere. Nam quum sphinx monstrum illud Thebanum ænigma proposuisset: quod esset animal bipes: inde tripes: ac quadrupes: & soluenti locastæ conubium: thebanũq; regnum præmium propositum foret. præter Oedipum soluere potuit nemo: qui id hominem esse asseruit.

Aial bipes, inde Tripes, ac q̄drupes homo e.

Non omnibus dormio.

m Etaphora a uiro sumpta uidetur. qui somnum simulat (Auctor Iuuenalis Doctus ad calicem uigilanti stertere naso) quoad uxor mechos admittit. quia si illa aliquos reciperet: qui soluere non possent: quãtum uir uellet: ipse statim surgit dicens non omnibus dormio: hoc est non omnes patior: idest tenues perinde ac diuites uxorem adire. quo nos uice prouerbii eleganter uti quimus: quum aliquid uni siue ob beniuolentiam aut quamuis aliam ob causam concedimus: qđ etiam sibi cæteri omnes concessum putant: uel non omnibus dormio. Significat non omnibus operam meam nego simpliciter: ut Cicero in libro epistolarum septimo posuit ad gallum.

No oib; dormio

Hic Epicurus subans est.

a Pud Diuum Hieronymum libro secundo contra Iouinianum legitur. restat ut Epicurum nostrum subantem in hortulis suis inter adolescẽtulas & mulierculas alloquamur. ubi subare (quamuis in codicibus Hieronymi quidam sudantem male legant) antiquissimo uocabulo dicuntur sues: quum libidinan-

Subare à Sus.

tur. Vnde tranſlatio quoque facta eſt in cætera anima-lia: ut docet Porphyrio enarrans illud horatianum. Iam que ſubando tenta cubilia tectaque rumpit: ex quo Hieronymus uolens Iouinianum ſignificare in coitum & libidines ruere: Epicurum qui ſummum bonum in uoluptate ponit: prouerbialiter ſubantem appellauit. nos quoque quum notare uolumus quempiam in conſimilem rem pronum: haud quaquam minus Adagii loco dicere poſſumus: hic Epicurus ſubans eſt.

Hoc re apud Sagram geſta uerius eſt.

h Oc græcorum uetus & elegans Adagium luculenter a Strabone libro ſexto Geographiæ declaratur his uerbis. Qui ait poſt locros Sagra fluuius labitur: quem fœminine nominant. in cuius ripa Caſtoris & Pollucis aræ ſitæ ſunt. Ad quas decem locrorum milia una cum rheginis aduerſus Crotoniatas numero centum & triginta millia Marte collato uictores euaſerunt. quo ex negocio eſt ortum aduerſus incredulos prouerbium: αληθεστερα των επι σαγρα: ideſt hoc re apud Sagram geſta uerius eſt. hæc ille: Verum Iuſtinus libro uigeſimo de armatorum numero cū Strabone non conuenit ſic ſcribens: Itaque quum in aciem proceſſiſſent: & Crotonienſium centum uiginti milia armatorum conſtituiſſent. Locrenſes paucitatem ſuam circunſpicientes (nam ſolum quindecim milia militum habebant) Omiſſa ſpe indeſtinatam mortem conſpirant.

Iuppiter non cantat: nec Cytharam pulſat.

It Aristoteles Iuppiter non cantat: nec Citharam pulsat. quod præterire minime libuit: ut te dignu3 aliquid inclyte Princeps attigisse uidear. ex quo exemplo prouerbialiter docet Principes non debere musicā exercere. quibus (ut ipse facis) satis est: si aliis utentibus oblectentur. quod a Nerone Imperatore minime obseruatum est. qui teste Tranquillo musica a teneris annis imbutus in scenam prodire non erubuit. Vnde haud immerito Philippus macedonum Rex Alexandrum filium iusta castigatione incessiuit: quum accepisset illum quodam ī loco suauiter cecinisse: non'ne te pudet inquiens: ꝙ ta3 pulchre canere scias. quod nos elegantis prouerbii loco in eos Principes usurpare ualemus. qui quod se parum decet: studium exercent. Verum de te dici non potest: es enim semper & ubiqꝫ tuæ dignitatis memor.

Hic Gallipedes est.

t Iberium Cæsarem prouerbialiter Gallipedem appellatum testatur Tranquillus hisce uerbis: Ad extremum uota pro itu & reditu suo suscipi passus: ut uulgo iā per iocum Gallipedes uocaretur. quem cursitare ac ne cubiti quidem mensuram progredi prouerbio græco notatum est. quod Cicero in quadam ad Atticum epistola usurpat accusans Varronis segnitiam & tarditatem. quum ait bienium præteriit quum ille καλλιπίδης assiduo cursu cubitum nullum processit. quod inde tractum. nam gallus gallinaceus cursitare consueuit: moxqꝫ subsistere: nec longe progredi. aliquis ideo gallipedes prouerbio dicitur: quia si pedes galli gallinacei habeat: sitqꝫ tardigradus & tardipes. Sed quum hoc græcum prouerbium sit: & a Cicerone per græcam dictionem enuntietur. quidam se parum

compertum habere aiunt: qua ratione poſſit latine dici ga lipedes. Quo circa re diligentius penſitata exiſtimant id p uerbium non ab aue deduci: ſed ab homine. qui καλλιπίδησ nominabatur. fuitq́ hiſtrio in tragœdiarum actione peritiſſimus: (ſicuti docet Plutarchus) hic quum ĩ agenda hiſtoria eſſet uenuſtior: ĩceſſu per pulpita pompatico & moroſo diſcurrebat: ſtatimq́ reſiliebat: non ultra cubiti longitudinem progrediens. hinc igitur prouerbium deductum putant: ut Gallipes ab homine: non Gallipedes (ut dictum eſt) ab aue ſit. quod undecunq́ ueniat: in homiues tardos & ſegnes uſurpare poſſumus.

Hirundo ſuſcipienda non eſt.

h Irundo auis neſcit nemo: ꝙ dum nobiſcum cõmoratur: garrula ſemper eſt: & nunq̃ a cantu deſiſtit. ex quo factum eſt prouerbium hirundo ſuſcipienda non eſt: ideſt garruli & rumigeri homines recipiendi non ſunt. ut Hieronymus ad Ruffinum demonſtrat.

Propter quod Vadimonium deſeri poſſet.

u Adimonium quidam ita diffiniunt: ut ſit ſponſio ad certum diem ſiſtendi ſe in iudicio: ideſt comparendi per ſe uel per aduocatos. quod frangi nec æquum nec iuſtum eſt. Vnde antiquum prouerbiũ eſt: quoties magnũ aliquid ſignificare uolumus: ut dicamus propter quod uadimonium deſeri poſſet: quod peride eſt: ac ſi diceretur ius uiolari. qđ a Plinio eleganter in ſuo proœmio uſurpatur.

Tecum habita.

p Rouerbiũ iſtud tecum habita a M. Tullio ĩ ſenectute uſurpatur. ſignificat enim ꝙ homines ſuas uires metiri debeant: & (ut thales ait) teſte Diogene Laertio ſe ipſos noſcere. auctor Perſius: qui ita inquit tecum habita

ut noris quam sit tibi curta suppellex.
Hæc est permutatio armorum glauci cũ diomedis armis.

p Linius lib. epistolarum. v. scribens ad flaccum prouerbialiter ait: recipies epistolas steriles & simpliciter ingratas: ac ne illam quidem solertiam Diomedis in permutãdo munere imitantis. Pli. hactenus: hoc ex Homerico poemate sumptum est: namq; in. vi. iliados scribit Glaucum ac Diomedem in medium processisse: ut singulari certamine confligerent. glaucũ deinde post enarratos suos natales inuitatum a Diomede: ut ex hostibus hospites fierent: & hospitii necessitudine in uicem copularentur. quod ut cæteri inquit intelligant armaturam permutemus. & ita inter se arma permutarunt: Glaucus aurea quæ centum boum præcio taxabãtur: Diomedi dedit. a quo accepit ærea: quæ nouem tantum extimabãtur. Vnde ex hac tam impari armorum permutatiõe: Glaucus stupidus & demens iudicatus: Diomedes uero solers & astutus. quum ille iacturam fecerit: hic lucrum. ex quo quotiescunq; alterius rei comperatione dissimili fit muneris pmutatio: prouerbialiter & comodissime dicimus hæc est pmutatio armorum Glauci cum Diomedis armis. de quo mentionem facit Plinius naturalis hist. lib. xxxiii. quum de commerciis loquitur: & Gel. li. ii. cap. xxiii. & Martialis illis uersibus. tam stupidus nunquam nec tu puto Glauce fuisti: chalcea donanti chrysea qui dederas.

Sedere ad Eurotam.

r Omæ fuit porticus Corinthia inter cæteras celebris ad circum flaminium erecta a. Cn. octauio: dicta Corinthia: propter æs corinthiacum: quod erat incolumis. dicebat̃ ẽt porticus pſei: qm̃. Cn. octauius ex bello nauali cõ

tra psæuz triumphũ rettulit. ĩ quã porticũ erat tabula picta habẽs lacedæmonez & eurotaz fluuiuz laconiæ auctor Plinius li. iiii. Vnde ignaui illic desidẽtes: dicebãt sedere ad Eurotã. hinc postea puerbio ĩcrebruit. ut seder̃ ad eurotã: eẽt nihil agere.

Hic aureo hamo piscatur.

i Am hoc puerbii loco a luculentissimis uiris usurpari audio. Nã August9 teste Suetonio quuz mĩor emolumenti spes q̃ dãni metus inerat: huiuscemõi minima cõmoda nõ minimo sectantes discrimĩe: similes aiebat esse aureo hamo piscantibus. qꝑ si hamus decideret: nulla captura dãnum rependere posset. q̃re quũ aliquem itidez facientez uidem9: puerbialiter dicere quim9 hic aureo hamo piscat̃.

Bis pueri senes.

g Ræcorum adagium est δὶς παῖδες οἱ γέροντες: idest bis pueri senes. sub hoc puerbio Varro Satyrã edidit: cuius testimonium citat Gelius. Senes ãt tunc repuerascere dicuntur: hoc est in puerilem ætatem reuerti: & pueri penitus fieri. quũ uitio ætatis descipere incipiũt. auctor Plautus in mercatore: ubi senex inquit quum ex templo ẽ: nec sentit: nec sapit: aiunt solere eum rursum repuerascere. & Cicero in Catone si quis deus mihi largiatur: ut ex hac ætate repuerascam: & in cunis uagiam: ualde recusez. & Seneca non bis pueri sumus (ut uulgo dicitur) sed semper. hinc igitur in deliros senes prouerbium fluxit. de quo Ausonius mentionem facit.

Qui ipse sibi sapiẽs ꝓdesse neq̃t: neq̃c̃q̃ sapit.

q Vi ipse sibi sapiẽs ꝓdesse neq̃t: neq̃c̃q̃ sapit: Ciceronis uerba sunt ad Trebatiuz lib. vii. epistolarum familiarium sumpta a prouerbio græco. Quod est μισῶ σοφιστὴν

οφισ τῆν οσ τισ ουχ αυτω σοφοσ: cuius sensus est: qui sapiens sibi non prodest: frustra sapiens est. præsertim quum natura ipsa (ut Terentius ait) omnes sibi q̃ aliis melius eẽ malint: & suæ quiq; utilitati seruiant.

Andabatarum more pugnare.

i Dem Cicero ad Trebatiũ ait: quem antea ne Andabatã quidem defraudare poteramus. & Diuus Hieronymus contra Iouinianũ epistola prima de Andabatis meminit: scribens melius est (quod dicitur) oculis Andabatarum more pugnare: q̃ directa spicula clypeo non repellere ueritatis. ex quorum (ab aliis. n. de his mentionem fieri non memini me legisse) lectione colligimus Andabatas populos quosdam fortasse fuisse. qui clausis oculis pugnarent. hinc factum est: quum aliquis parum diligenter & q̃si clausis oculis quippiam agit. q illum dicamus Andabatarum more pugnare.

Mendaces Cretenses.

e Nnius in sacra historia auctore Lactãtio li. diuinarũ institutionum primo capite. xi. scriptum reliquit. Iouem Saturni filium postea q̃ multa mortalibus munera p̃stiterit: in Creta uitam consumasse: atq; inibi sepulchrum eius esse in oppido Cnoso. in quo sepulchro litteris græcis scriptum fuisse ζευ σ κρονον: idest latine Iuppiter Saturni filius. de quo Cicero cuius idem Lactantius testimonium citat: de natura deorum quum tres Ioues a Theologis nominari docet: ita scribit tertius fuit cretensis Saturni filiꝰ. cuius in illa insula sepulchrum ostenditur. unde Lactãtius uanã religionem deridens ait: Quomodo igitur potest Deus alibi esse uiuus: alibi mortuꝰ: alibi habere templũ: alibi sepulchrum: quare Cretenses semper mendaces ha-

biti sunt. quippe qui sint iouis sepulchrum fabricati: quū ille quem deum faciunt: nunq̄ obierit: perpetuoq; sit. Vnde prouerbium græcum factum est Mendaces Cretēses i eos: qui ueritatis minime amici sunt. quod Statius in primo thebaidos tetigit scribens mētitaq; manis Creta tuos. & Ouidius in amoribus: cretes erunt testes: nec fingunt omnia cretes. & alibi Nota loquor non hoc quæ centū substinet urbes: q̄uis sit mendax creta negare solet.

Thracium cōmentum.

S Trabo ait li. viiii. geog. memoriæ prodidit Ephorus̄ thraces factis erga boetios induciis noctu incursationes egisse. quūq; securius & negligentius expeditione3 agitarent: perinde ac si pace iam facta. eos uero boetii quum ꝓpulsassent quererenturq;: q; inducias uiolassent. illi nō uiolasse responderunt: dies. n. pepigisse: noctu autem incursasse dicentes. Vnde uulgatum est prouerbium thracium cōmentum de iis. qui sophismatibus fidem frangūt: de quo Cicero in primo officiorum meminit: quum de iniuriis a uaframento loquitur.

Summum ius: summa iniuria.

C Icero in supradicto libro ita inquit: existunt etia3 iniuriæ sæpe calumnia quadam & nimis calida: s3 malitiosa iuris interpraetatione: ex quo illud summum ius: summa iniuria. quod Terentius in Heauton. ꝓuerbialiter usurpauit. Na3 multi nimis rigide iura interpretantur: & magna interdum malicia utuntur. quæ contraria est prudentiæ: iustitiæ: equitati. Vnde Aristoteles i ethicis inquit: quum lex sit uniuersalis. opus est interdu3 adhibere bonum uirum & æquum: qui legem emendet. qui haud dubie inclyte Guide tu uir ipe æquus & integer es.

corrigis.n.leges:sũma iustitia: pari æquitate: populis tuis iura præbes.sed leges ipsæ tamen iuraq pariter in tuis dominantur ciuitatibus.

Attice scribis.

Attici semper quum ad amicos scribebant prolixe agebant.lacones e diuerso in scribendo q̃ breuissimi erant. Vnde ab illis ortum est prouerbium in eos:qui uerbosius agunt.q dicimus Attice scribis. ab his aũt in eos:qui breuiter scribunt:laconice scribis. auctor Cicero ad Atticũ.ut Aristagoras ẽt breue dicendi genus chiloniũ uocabat.quoniam chilon ĩ loquendo breuis fuisset. Diogenes Laertius auctor libro primo.

Attice scribis. Laconice scribis. Chilonice scribis.

Ad atticũ.

Diogenes.

Sexagenarios senes de põtibus præcipitari.

Romani (ut Nonius & Varro prodiderunt) quũ sexagesimum excedebant annuʒ:a publicis negociis liberi erant:nec in creandis magistratibus suffragia ferebant.quæ per pontes auctore Festo dabantur. Vnde factum est prouerbiuʒ.ut quoties significam9 quẽpiam senem seu propter ingrauescentem ætatem: seu ob quamuis aliam causam negociis omnibus liberatuʒ exauctoratumq esse:dicimus Sexagenarios senes de pontibus præcipitari.quia a latore suffragii remouebãtur.ne ferrent suffragia:per pontes in campo Martio eius rei causa fabricatos.de quibus intellexit Cicero in primo Rhetoricoruʒ: quum dixit pontes disturbat:cistas deiicit. Inde depontani senes dicti sunt.de hoc Macrobius quoque libro Saturnaliorum secundo meminit:Et Ouidius in quinto fastorum prope finem sic scribens:Pars putat ut ferrent iuuenes suffragia soli:Pontibus infirmos præcipitasse senes. ad illum utique ritum alludens.non autem q Romani qui mãsue-

tudine & pietate cæteras longe gentes præstiterũt: suos se-
nes e ponte præcipitarent in Tyberim. ut ibidem idẽ Oui-
dius sentit dicens: Corpora post decies senos qui credidit
annos Missa neci: sceleris crimine dãnat auos. Secus apud
Caspios teste Strabone libro undecimo Geographiæ: iclu
si fame senes necabant: quũ. lx. annũ excessissent. & innu-
meræ aliæ gẽtes feritate isignes senes necare consueuerãt.

Romanus sedendo uincit.

q Voniam Romani (ut non nullis constat exem-
plis) haud minores res consilio atq ingenio q̃ ar-
mis gesserunt. quod & Marcus Tullius in primo
officiorum ita scribens præter multorum opinionem pro
bare contendit: Vere autẽ si uolumus ait iudicare: multæ
res extiterunt urbanæ maiores clarioresq; q̃ bellicæ. Et ibi
dem parua enim inquit sunt foris arma: nisi sit consiliũ do
mi. Idem uolens ostendere oppressis Catilinæ furoribus
se togatum plura gessisse: q̃ Imperatores exercitus: hunc
uersum composuit cædant arma togæ: concedat laurea lin
guæ. Et Horatius in carmine idem sentire uidetur: quum
dicit Vis expers consilii mole ruit sua. quanquam Salusti-
us in sua præfatione hoc non diffiniuit. Vbi utrunque in-
quit per se indigens alterum alterius auxilio eget. Hinc igi
tur ortum est prouerbium Romanus sedẽdo uincit: quo
Varro libro de re rustica primo capite secundo utitur: dicẽs
Vultis igitur interea prouerbium quod est Romanus se-
dendo uincit: usurpemus: dum iste uenit. Nos autem eo
uti possumus: quũ significare uolumus ingenio magis polle
re q̃ armis. uel (ut Scipio dicere solitus erat) nũq̃ nos minus
ociosos eẽ: q̃ quũ ociosi sumus. eo. n. pacto sedẽdo uicimus.

Lerna malorum.

l Erna & Argiui & myce̅nei lacus est. i quã poetæ finxerunt hydram multorum capitum fuisse. quorum aliquot excisis: totidem continuo renascebantur. quod quidẽ monstrum quum totam eam regionem deuastaret: tandem post multa purgamina ab Hercule claua primo ictum: deinde post pestiferum afflatum sagittis petitũ. postremo quum se se solitis cauernis condidisset: lignorum congesta strue igne consumptum est. testante Vergilio qn quaginta atris ĩmanis hiatibus hydra: & Seneca quid sæua lernæ monstra numerosum malum nõ me igne demũ uicit: & docuit mori: hinc igitur ortum prouerbium ꝗ his: quæ haud facile expiari purgarique possunt. auctore Strabone li. viii. geogra. qui ita inquit lerna argiui myceneique lacus est. in qua Hydrã constitisse scriptores tradunt. in illa quũ facta sint purgamina: prouerbium quoddam uulgo manauit Lerna malorum.

Desine iam demẽs sæuũ stimulare leonẽ.

h Omericum carmen est. quod prouerbii loco phi tionem uirum sapientem aduersus Demosthenem priuatim publiceque maledictis magnum Alexandrum insectantem: Plutarchus dixisse refert. nam quũ leo teste Plinio animal generosissimum fortissimumque sit: crebroque in iram exardeat: præsertim lacessitus. illum sane periculosum est irritare: quemadmodum Martialis de Rhinocerote scribit a domiciano in harenam ad spectaculum deducto. ait enim præstitit exhibitus tota tibi Cæsar harena. Quæ non promisit prœlia Rhinoceros. O quam terribilis exarsit pronus in iras: Quantus erat cornu: cui pila taurus erat. quum nos itaque quispiam irritat: qui nobis mox irascentibus daturus sit poenas. prouerbialiter dicere possu-

mus: Desine iam demens sæuum stimulare leonem. cui non absimile est illud: quod idem de liberis educandis Plutarchus ait ignem ferro cædi minime decere: hoc est irritandum non esse furentem.

Quũ maleã deflexeris: domesticos obliuiscer.

m Alea laconiæ promontorium est a maleo argiuorum Rege dictum. quod teste Seruio super qnto æneidos per. l. miliaria in mare protenditur: ubi unda adeo sæua est q persequi nauigantes appareat. Statio dicẽte libro septimo thebaidos: & raucæ circũsonat ira maleæ. Vergil. itidem libro quinto Ionioq mari maleæq sequacibus undis: supra quod auctore Strabõe libro octauo geographiæ haud tuta nauigatio erat: propter aduersos uentorum flatus. Inde est natum uulgo prouerbium: quum maleam deflexeris domesticos obliuiscere. quasi q ob imĩnẽs periculum de rebus iam iam actum esse uideatur. quare Italicis mercatoribus gratissimum erat. omisso ad maleam cursu Corinthum diuertere: (idem Strabo auctor) aduectis eo mercibus.

Corinth⁹ supciliis curuitatibusq laborat.

c Orinthus urbs fuit Achaiæ: quæ primum teste Eusebio de temporibus a Sisypho latrone Aeoli filio super isthmon in medio maris Ionii & ægei constructa: deinde aucta ephyra uocata. sed post hæc euersa & ab corintho orestis filio instaurata: Corinthus eodem Eusebio testificante cognominata fuit. quæ mox diuti⁹ deserta manens teste Strabone libro octauo geogra. a diuo Cæsare restituta est. quam quondam locupletissimam fuisse auctores multi tradunt. Verum ager non admodum telluris bonitate pollebat, quippe quæ oblique distorta

foret & aspera. Vnde superciliosam Corinthum uocant uniuersi. & cessit in uulgare prouerbium: corinthus superciliis curuitatibusq; laborat. quo nos inconsimili re non ineleganter uti possumus.

Ad Scolō neq; ipse uades: neq; alteri comes ibis.

s Colus (ut Strabo ait libro nono) pagus est ī ora Asopia sub Citherone sedes iniucunda atq; aspera. inde natum prouerbium. q; quum uolumus quempiaz admonere ne se ad loca inculta & minus grata conferat: dicimus ad Scolon neq; ipse uades: neq; alteri comes ibis.

Nauigasti usque ad phasim.

p Hasis est colchorum pergrandis fluuius. de quo Lucanus in tertio Colchorū qui rura secat ditissima phasis. per hunc argonautæ cuz Iasone intrauerunt ad colchos: testificante Ouidio libro septimo metamorphoseos: multaq; perpessi claro sub Iasone tandem cōtigerant rapidas limosi phasidos undas. & quoniam hic ultimus est carinis cursus: hinc auctore Strabōe libro undecimo Geogra. est ortum prouerbium nauigare usque ad phasiz. quasi in ultimum recessum ire. extrema enim nauigatio appellatur. quum uolumus itaq; aliquem longe progressum esse significare: dicimus nauigasti usque ad phasim.

Phrygū ac mysoꝝ fines sepatū: sz diffinire dificile.

p Hrygia prouincia est teste Solino minoris Asiæ: a phrygio amne qui illā a Caria diuidit: uel a phrygia Cecropis filia cognominata. Mysia autē phrygiæ prouincia est adiacens hellesponto. (ut Plinius ait libro quinto naturalis historiæ) in qua est Mœsia ciuitas.

dicente Seruio super primum Georgicorum mysia prouincia est: mœsia uero ciuitas haud longe a Troia. sed harũ prouinciarum fines diffinire Strabone auctore libro duodecimo Geographiæ non facile est: qui ita inquit Phrygum & Bithyniorum & mysorum fines determinare difficile est. quod una quæque natio distincta esse debeat: id conceditur. Nam & de mysis ac phrygibus huiusce modi prouerbium est: phrygum ac mysorum fines seperati: sed diffinire difficile. causa est. quia quum incolæ Barbari ac militares essent: quæ uicissent: non firmiter tenebant: sed frequentius ut uagi & errantes modo eiiciebantur. Hæ gentes omnes Thraciæ putandæ sunt. quia ulteriorem regionem ii colunt. & non facile altera ab altera immutatur. hæc ille: nos autē huiusmodi adagium recte usurpamus: quum sermo de his est. quæ facilitatem præ se ferunt. uerum ea ipsa tractare perdifficile est.

Cumani sero sentiunt.

a Eolicarum urbium maxima & optima est cuma (ut Strabo refert libro decimotertio Geogra.) & fere ea metropolis est. Cumani autem carpuntur ut homines insulsi & hebetes: ob hanc causā. (ut quidam putant:) q. ccc. annos post eius urbis ædificationem portus uectigalia exegerunt. quum antea populus eiusmodi prouentum non haberet. quare obtinuit opinio: quod hi homines sero sentirent: quum urbem ad mare habitarent. dicitur etiam aliter: quod publica pecunia mutuo accepta porticus construxerunt. Postea quum pecuniam constituta die non reddidis-

sent: adeambulatione arcebantur. sed quum pluuiæ essēt: indedecus quoddam credictores edictum mittebant: ut cumani porticus subirent. & quū praeco ita inclamaret: porticus subite. dictū esse prouerbiū Cumani sero sentiūt. qđ cumani non sentiant: q̄ in pluuia porticus subeunda sit. etiam si nemo per præconem admoneat. hæc ex strabone eodem libro: quod quidem adagium non absimile fere est illi: quod alibi rettulimus: sero Sapiunt phryges.

Aquilæ Senectus:

p Linius libro. x. natualis historiæ de aquilis hæc refert: oppetunt non senio: nec ægritudine: sed fame: in tantum superiore acrescente rostro: ut aduncitas aperiri non queat. Aquila igitur tantum in senectute bibit: uel de præda sanguinem sugit. ex quo factum est prouerbium in senes. qui plus bibunt: q̄ comedunt. cuius etiam meminit terentius in Heauton. his uerbis nihil narras: uisa uero est (quod dici solet) Aquilæ senectus.

Sylosontis Chlamis.

c Hlamys uestis militaris est: pallio pene aduersa: quum breuior multo atq̄ arctior sit. Plautus puer cape Chlamydem: & da pallium. & Vergilius Sidoniam picto Chlamydem circundata limbo. de qua celebre prouerbium est: Silosontis Chlamys. quod de iis dicitur: qui iactāt se magnificentia uestimentorum. quoniam Syloson Samius polycratis frať quum inexilio esset: uestem habebat insignem ac sumptuosam. quam teste strabone libro x iiii Geog. quum Dario nondum Regi eam diu concupiscenti dono misisset: is postea regno potitꝰ ac beneficii memor natali solo eum restituit. ex quo illud est.

Sylosontis opera locus amplus est.

s Yloson itaq; eodem Strabone auctore a Rege in imperium restitutus tyrãnidem adeo acerbe exercuit: ut urbs samiorum hominibus uiduata: ac penitus exausta est. Vnde prouerbiũ manauit Sylosontis opera locus amplus est in eos: qui perinde crudeliter superbeq; imperant: ut ciuitates hominibus uacuas reddunt. quod adagium si in quempiam Principum usurpatur. in te autem Guide minime dici potest. ornas enim ciuitates tuas: non destruis. amplecteris tuos ciues clementia: comitate: humanitate quibus longe præstas cæteris imperitantibus: non odio p sequeris. in eos amorem geris: non cædes & scelera admittis. tua igitur opera hominum cœtu urbes tuæ frequentes sunt: non autem uacuæ.

In Samo lac gallinæ.

s Amum unam ex. xii. Ioniæ ciuitatibus cõdidit Tymbrion: ac deĩde Patrocles: de cuius ubertate Strabo ita loquitur lib. xiiii. Samus uino non ualde fortunata est: in cæteris uero feracissima. quod ex eo maxime perspici potest: q; bellis infestatur. unde laudantes non dubitant illud ei prouerbium accommodare: quod etiam fert gallinæ lac. hæc Strabo: quod licet prouerbium alibi retulerim: nõ tamen alienum uisum est repetere: ut quoquomodo scriptores usurpauerint: intelligatur.

Hic coryceus est.

c Orycus mons est (ut Strabo docet libro decĩmo quarto Geogra.) excelsus non procul ab Erytris ciuitate Ionica: & portus Casystes sub eo. Item alius portus: qui Erythras appellatur: ac deinceps complures alii. dicunt totam Coryci præternauigationẽ

latronibus plena esse, qui corycei dicuntur. hi nouum insidiandi genus adinuenerunt: dispersi enim per portus accedunt ad mercatores: qui applicuerint: auscultantes quid rerum ferant: & quo nauigent. postea quum illi soluerint & in altum se receperint: congregati eos adoriuntur: ac diripiunt. ex quo quicunque curiosus est & occulta ac secreta auscultare conatur: prouerbialiter dicimus Hic coryceus est. Vnde etiam illud manauit.

Hunc Coryceus auscultauit.

a Lterum insuper adagium est teste Strabone in supra dicto lib. qui ita inquit: Et in prouerbio dicimus hunc ergo Coryceus auscultabit. quum quis aliquid dicere uel facere secreto uideatur: quod minime uideatur propter eos. qui speculantur: & scire student: quæ non conuenit. hæc ille: huius itaque prouerbii sensus est. (ut nihil in re facili obscuritatis appareat) quod qui sibi periculum a latronibus timet ueluti huiusmodi hominum insidias expertus: & ob id ipsum caute rem suam agit: Hunc coryceum auscultasse dicamus. cuius etiam Cicero ad Atticum meminit. Quod autem quidam ex Strabone tradant hoc prouerbium esse Coryceos auscultatores aufuge. id quanquam quod ita sit: non eo inficias. sed ubi in Strabone legerint: ipsi uideant.

Mercator nauiga: & expone: iam omnia uenundata sunt.

s Trabo libro quartodecimo geogra. quum describit ut Cilices piratæ fierent: inquit Delus quæ non admodum procul aberat: emporium magnum & pecuniosum exhibebat. ea enim multa mancipiorum milia & recipere & emittere eadem die poterat. ex quo prouerbium

160

factum est: Mercator nauiga: & expone: iam omnia uenũdata sunt. quo etiã teste causa erat: quia Romani post Carthaginis & corinthi euersionem diuites effecti multis seruis utebantur. Q uapropter piratæ & prædandi & uendẽdi opportunitate oblata: mirumĩmodum coaluerunt. quo perurbane & eleganter uti possumus: quum alicubi merces raptim uendi significare uolumus.

Q uando per harma fulgurauerit.

h Arma. i. currus teste Strabone libro nono. geogra. pagus est ad mycalettum desolatus. dictus harma. i. currus ab Amphiarai curru: q (ut aiunt) corruente Amphiarao de curru: ipse currus ad locum illum detractus est. Pythici itaq; uates ad ipsum currum intuentur. & eo tempore sacrificium delphos mittunt: quum fulgura cernũt. obseruabant autem ad menses tris: singulis mensibus dies tres: noctesq; totidem e Iouis fulguralis foco. qui est in muro inter pythium & olympium. hinc factum prouerbium: quando per harma fulgurauerit. Q uo uti possumus: quoties significamus: rei agendæ tempus obseruari.

Oenoñes Vallis.

u T huius Adagii sensum melius explicem. Strabonis uerba ex libro octauo geographiæ ponam. quæ sunt hæc: Oenona uero diutius duabus Atticæ tribus par nomine uocabatur. Vni quæ ad Eleutheras prope iacet: ut illud est. Campos Oenones habitare fœnarios. Eleuthere uero una de quadripoli ad Marathonem est. De qua natum est prouerbium Oenones uallis. ex quibus licet coniecturam facere: quia hæc nomina sunt equiuoca. Q uoniam inquit tribum

hoc nomine uocari: & paulo inferius insulam pariter eē demonstrat. quæ eo quoque nomine appelletur: quum dicit eam habitauere argiui: Cretenses: Epidauri: & Dorienses. ut hoc prouerbium illud importet: quod proprie significat illud: quod de phrygibus & mysis paulo ante rettulimus. ut mea fert opinio.

Canis caninam non est.

u Arro de lingua latina (ꝙ sciā) huius prouerbii & diuus Hieronymus in quadam epistola meminerunt. quod significat canem caninam carnem nō edere. simile est illud Plinianum in septimo Leonum feritas inter se non dimicat. quod eleganter usurpamus. quū uolumus dicere aliquos inter se maxime consentire: licet aliter ostentent.

Communia amicorum esse inter se omnia.

h Oc uetus græcorum adagium quid significet: nemo tam mediocriter eruditus est: queꝫ fugiat. qđ his uerbis Terentius in Adelphis usurpat: quum Mitio ita loquitur: Nam uetus uerbum hoc quidem est: Communia amicorum esse inter se omnia. de quo etiā Cicero in primo officiorum meminit. & Martia. li. ii.

Res est in uado.

u Adum teste Seruio super primum æneidos est locus ī mari. per quem uadare possumus. est proprie tamen fundum fluminis: lacus: maris: & cuiuscunque aquæ. & quoniam in profundo periculum est. In uado autem ob paruam aquarum altitudinem securitas. hīc prouerbiū natū: de his q̄ periculū euaserit. auctor Teren. ī Andria. ubi Dauus ait oīs res est iam in uado. & Plautus in Aulularia itidem meminit.

Sine Cerere & Baccho friget Venus.

t Erentiana uerba sunt ĩ Eunucho prouerbialiter dicta. Nã Ceres in hoc loco quæ cunctaruʒ frugũ dea est: pro pane accipitur. Vnde duo ædiles teste Fenestella de romanis magist. q rei frumẽtariæ apud Romanos præerant: Cereales dicti sunt. quorũ creandorum auctor fuit. C. Iulius Cæsar. Liber ãt pater pro uino. cuius (ut poetæ fabulantur) inuentor extitit: sed Lactantius firmianus libro secũdo capite. xiiii. diuinarum institutionum Noe omnium primũ uineã seuisse: ex eaq; fructum cepisse pspicue demõstrat. Venus aũt ꝓ belluina uoluptate: idest coitu ponitur. nam homo abstemius segnis est ad idaliam hoc est Venerẽ. Cæterũ Terentius ad hilaritatẽ ostendendam hoc adagio usus est. quãdoquidẽ Horatio teste uinuʒ omnẽ animi tristitiam expellit. ꝓuerbium ãt auctore Donato ex eo ortum est: q ita inqt q; frigere proprie est nõ adhærere. translatum. n. hoc ꝓuerbium friget a picatione uasorũ. quæ frigidam picẽ non tenent: quũ alia multo meliora sunt ad usuʒ frigida: ut ferrũ: argentũ: & cætera huiusce modi. quo uti possumus: quum quis fame atq; siti affectus minime excitatur: & tristi animo est.

Ouem Lupo cõmisisti.

l Vpus enim animal est rapacissimuʒ. qui plurimũ ouibus insidiatur: ex quo male eius custodiæ ouis committitur: quum siquidem eam repente uoret. hinc natum prouerbium in eos: qui temere aliquid homini minime fido committunt. Auctor Terentius in Eunucho: ubi thais ait Scelesta ouem Lupo commisisti.

Currentem Incitare.

m Etaphora ab equis sumpta uidetur: quos spōte sua currentes (est.n. ex iumētis uelocissimū animal) frustra eqso ad cursum excitat: hinc uel undecunq͂ libet: factū est prouerbium currentē incitare. qd significat: nos non oportere quempiā ad ea hortari: ī quæ ipse studiose incumbat: & propensus sit. Vnde Seneca epistola. xxxiiii. ait. Sed iam currentē hortor: inuicē hortantē. pōt & (ut Pollioni meo placet) in hanc significationē capi. a qua non abhorreo. Si quis (ut puta) alicui detraheret: & interim alter maledicus illū in detrahēdo adiuuaret: ut eo magis in maledicta ꝓueheretur. eleganter possumus dicere illum currentem excitasse: per se quamuis intentuȝ. Vtra opinio melior. iudicent legētes: mihi utraq͂ placet.

Vulpes pilos mutat: mores non mutat.

u Vlpes animal est uersutum & semper fallax testificante Plauto. qui ait uulpinus animus nequid moliatur mali. ab huius fallacia igitur qa īgenita uitia tolli nō possunt: tractum est prouerbiū in eos: qui dolis & uersutia abundantes naturā omnino suaȝ mutare nequeunt: ut uulpes mores suos deponit nunquā. quod teste Tran. Vespasianus elegāter ī bubulcū senē usurpauit.

Hic Ciniugilū Herculaneo nodo uinctū soluit.

c Iniugiluȝ cinguli genus erat. quo teste Festo pōpeio noua nupta præcingebatur. id uir ī lecto soluebat: factū ex lana ouis: ut sicut illa in domū sublata conuincta inter se sit. sic uir eius cinctus cum ea uinctusq͂ esset. hoc herculaneo nodo ligatum ominis gratia uir soluebat. ut sic ipse fœlix esset in suscipiendis liberis: ut fuit Herculanus qui septuaginta liberos reliquit. ex quo quum quis numerosam prolem genuerit. ꝓuerbii loco di-

eimus. Hic Ciniugilum herculaneo nodo uinctum soluit. solutum. n. futuros portendebat filios. quemadmodu3 cũ tota asia regnaturum antiqua oracula canebant; qui Gordii plaustri nexum soluisset: cuius rei cã magnus alexãder expugnata gorde quum soluere nequiuisset: lorамēta gladio amputauit auctor Iustinus libro undecimo.

Hic In neruum it.

a Pud Terentiũ in phormione antipho adolescẽs inquit: in neruum potius ibit. ubi prouerbialiter in neruum ibit: teste Donato pro decipiet: dixit. quod a prouerbio sumptum est a sagitariis tracto. quum uis oĩs atq₃ conatus arcum tendentium non inuolatum teli: sed in ruptionem nerui expetitur. ex quo de homine fallaci eleganter dicimus: Hic in neruum it. id est alio tendit: q̃ qui fallitur putat.

Salua res est saltante sene.

r Efert Titus Liuius quũ ludi circẽses apollini aliq̃do celebrarẽtur: & Hãnibal nuntiatus esset circa colinã portã urbi ingruere. omnes raptis armis eo cõcurrisse. quos deinde reuersos quũ piaculũ se se fecisse formidarent: inuenisse saltantem in circo senem quẽdam. hunc interrogatũ dixisse minime a se intermissam esse saltation e3: Itaq₃ ortũ exinde esse prouerbium. Salua res est saltante sene. quo ad omnia læta uti licet. de quo etiam Seruius super. viii. æneidos meminit. a quo illud quoq₃ nõ discrepat: saltat senex. nã mater deũ quũ non prius placari potuisset: q̃ senex saltauerit. hinc adagium fluxit. auctor idẽ Seruius

Tu es meus Dæmon malus.

a. Ppianus alexãdrinus ciuilium bellorum libro. iiii. de Bruto uno de. C. Cæsaris percussoribus loquens hæc tra

dit. ferunt Brutum quũ in samo supra mare natalem suũ celebraret: nec læte admodum his in rebus se haberet: hũc uersum nulla ratione adductum protulisse. sed me sors misera & Latonæ perdidit infans. Ex Asia quoq; in Europã transmissuro cũ exercitu nocte deficiente pene lumine horrendam uigilanti astitisse imaginem. quam quũ impauide rogaret ille: quis nam hominum aut deorum esset: hoc solum respondisse: Tuus o Brute Dæmon malus. In philippis me uidebis: eamq; nouissima in pugna quæ in philippis acta est: iterum illi apparuisse. Appianus hactenus quũ dæmonũ duo itaq; sint genera teste Lactantio li. ii. diuinarum instit. capite. xv. unum cæleste: alterum terrenum. & hi dæmones rerum periti: ac scii: (ita enim interpretãtur) in ima parte terræ deiecti: uel in hoc aere ueluti congruo sibi carcere damnati: nocendi semper cupidi: a iustitia alieni: superbia tumidi: inuidia liuidi: fallacia calidi: humana corpora semper infestent: & quandoq; ingrediantur uel uiuentia uel iam mortua. hinc factum est: q̃ a uiris utiq; luculentissimis prouerbii loco sæpe dici audio: quũ eos quispiã uel nocendi uel molestandi gratia: lacessit aut irritat. Tu es meus Dæmon malus: ad illum potissimum Bruti dæmonem alludentibus: uel ad huiusmodi spirituum nocendi potestatem. dicitur autem Dæmon malus. quia secundum Euclidem socraticum duplex omnibus hominibus apponitur dæmõ. i. genius: hoc est bonus & malus. de qbus Apuleius de Socratis deo etiam meminit dicens Dæmões sunt genere animalia: ingenio rationabilia: animo passiua: corpore aeria: tempore æterna.

Sua cuiq; ars pro uiatico est.

u Iaticũ nemo ẽ: q nesciat: appellari qcquid iter agendi

causa necessarium est. & quoniā ad uitam substinēdaȝ atq; alendam necesse est: ut se quilibet in aliqua arte exerceat. hinc ortum est prouerbium suam cuiq; artem pro uiatico esse. quasi perinde ac ad iter faciundū Viaticū necessariuȝ ē: ita & ars: ad uitam uiuendam.

Saliares cœnæ.

S Alii uocitati sunt sacerdotes martis. qđ in portandis ancillibus saltare eos mos esset. de quibus Liuius ait Numa salios duodecī marti gradiuo legit: tunicæq; insigne dedit: & super tunicam æneuȝ pectori tegmen: cælestiaq; arma: quæ ancilia appellantur. ferre ac per urbē ire canētes carmina cum tripudiis solēniq; saltu iussit. qui quidem salii quū amplissimo apparatu cœnas facerēt. hinc uice prouerbii opipare ac copiosæ cœnæ Saliares appellatæ sunt.

Satius est subire semel: q̄ cauere semper.

C Aesaris Suetonio auctore uerba sunt. qui quum suadentibus amicis ut hispanorum custodia sibi undique insidias īminentes caueret: melius omnino putauit se semel ad aleam exponere: q̄ assiduo in metu esse. q teste Cicerone malus est diuturnitatis custos. qđ q dem uice prouerbii a doctis usurpari uideo. Nā Seneca in itidem significatū ait: nemo est tam timidus: ut malit semper pendere: q̄ semel cadere. quod tibi inclyte Princeps nūquam contigerit. non. n. times: qa non timeris. non caues. quia uæhementer amaris. quum uolumus igitur significare: longe melius esse: semel tentare quid sibi fortuna uelit: q̄ metu semper angi. eleganter dicimus: Satius est subire semel: q̄ cauere semper.

Pares cum paribus.

u Etus prouerbiu3 est. significat. n. ꝙ quisq; homo bene cum sui similibus conuenit: teste Cicerone i senectute ubi Cato ait pares autem cum paribus ueteri prouerbio facillime congregātur. ad quod Columella libro septimo respexisse uidetur. Vbi quoniam inquit similia similibus familiariora natura fecit. cuius etiam Q uítilianus in quinto mentionem facit.

Mature fias senex: si diu uelis esse senex.

h Oc adagiu3 nos admonet. ꝙ dum iuuenes sum9: ea ipsa quæ senem decēt: tractemus. & quadam senili grauitate nos ipsos geramus insignes. ita. n. diutius senes extiterimus. sed quia non sua cuiq; ætati eo pacto officia redderentur: huic prouerbio non plane apud Ciceronem in senectute ide3 Cato assentitur hisce uerbis: Nec. n. unq̄ su3 assensus illi ueteri laudatoq; prouerbio. qđ monet mature fieri senem: si diu uelis esse senex. Ego uero me minus diu senem esse mallem: q̄ esse senem: ante q̄ eē3.

O Domus antiqua heu: q̄ dispari dn̄o dn̄aris.

c Icero libro prío de officiis odiosum est íquit: quū a prætereuntibus dicitur. O domus antiqua heu q̄ dispari dn̄o domíaris. de quo i secūda quoq; philippica mētionē fecit. qđ í tritū ꝓuerbiū cessit í eos: q ipsi nequā bonos hūerunt parētes ac maiores suos. qđ (ut idē ait) his tēporibus in multos dicere licet.

Ego sum Pompilii circulo septus.

c Aius P ōpilius teste Cicerone in octaua antonianarū & Liui o li. xlv. ab urbe cōd. a senatu legatus ad antiochū missus: ut bello se quo Ptolomæū lacessebat: abstineret. quū ad eum uenisset: atq; is prompto animo & amicissimo uultu dexteram ei porrexisset: inuicem ei suā porrige

re noluit. sed tabellas senatusconsultum continentes tradit: quas ut legit Antiochus dixit se cũ amicis collocuturũ. indignatus Põpilius q aliquã morã ĩterposuisset: uirga solum quo insistebat: denotauit. & prius inquit q̃ hoc circulo excedas: da responsum: quod senatui referam. Cõtinuo Rex affirmauit fore: ne amplius de se ptolomeus cõquereretur. ac tũ demũ manũ eius Põpilius tã q̃ socius apræhendit. ex quo nos quũ rapti uel qppiã fateri: uel ĩterrogãti respondere cogimur ꝓuerbii loco dicere possumus: Ego suȝ põpilii circulo septus. auctor ẽt Valerius max. li. vi. Cæteꝝ apd Cice. ĩ supradicto loco legit. C. Põpilius: ĩ codicib9 aũt Valerii. Cn. Põpilius. ut in alterutris menda sit.

Quod factum est: infectum reddi nõ potest.

h Oc uetus ꝓuerbiũ ẽ: significat. n. illud qđ factũ ẽ: nemo facere p̃t: qn factũ sit. nec dii ipsi qdeȝ secũdũ pliniũ. q li. ii. ca. vii. inqt nullũ deos hr̃e ĩ p̃terita ius p̃ter quaȝ obliuiõis. cuius Plautus ĩ aulu. meminit. ait. n. factũ illud fieri infectum non potest.

Mala ad se se trahit. ut Cæcias nubes.

Aecias est uentus. quem Aristoteles ita flare dicit: ut nubes non procul pellat: sed ad se se uocet. ex quo prouerbium factum scribit

hoc est mala ad se se trahens: ut Cæcias nubes: quod in eos eleganter usurpari potest: qui sibi ipsis officiunt. auctor gelius libro secundo.

Hic de gradu deiicitur.

Oc prouerbiũ de iis dicitur: qui metu pculsi incõstãtes et mobiles sunt: sumpta translatiõe ab his: qui loco cedunt timore ducti. & gradum scalarum in quo consistũt: aliis cedẽdo reliquũt. & ipsi deiiciuntr. auctor Cicero

li. primo officiorum: ubi inquit fortis uero animi & constantis est: non perturbari in rebus asperis: ac tumultuanté de gradu deiici. (ut dicitur) quum nos igitur aliquem ab incœpto metu absterreri ītelligere uolumus: prouerbialiter dicimus hic de gradu deiicitur.

Plus Federicus uno oculo uidit: q̄ cæteri principes duob9.

q Vum iam Guide Princ. per omnem italiam prouerbii loco habeatur plus unū Federicum unico oculo uidisse: q̄ cæteros omnes prīcipes duobus. iure equidem illius ego immortalis famæ inuisor dicerer: si hoc tam celebre prouerbium præteriisse3. Sed ne legentibus seruile officium (qđ est adulari) præstitisse uidear: huius originē adagii explicare agrediar. quū Federic9 itaq; genitor tuus altero oculo captus Philippos: Hānibales: Horatios: sertorios: quos uirtutis & fortunæ ac uni9 lumīs socios potissimū habuit: & cæteros omnes imperatores factis & rerum gestarum gloria adæquasset: prudentia uero diuinoq; quodam ingenii acumine a longe reliquisset. hic prouerbio lucum dedit. ut dicamus plus Federicu3 unico oculo uidisse: q̄ cæteros principes duobus. quod de hominib9 prudentissimis dicitur.

Aliquid mali est: propter uicinum malum.

u Etus ꝓuerbiū ē: & a Plauto in mercatore sub ꝑsona dorippæ cōq̄rētis his uerbis usurpatū. heu miseræ mihi nūc ego uerum illud uerbū eē experior uet9 aliquid mali esse propter uicinum malum. ad quod ausim affirmare Vergilium illo uersu in bucolicis: ubi inquit nec mala uicini pecoris contagia lædent: haud dubie allusisse.

Vtitur testibus.

h Oc erat adagiu3. quo utebātur ī foro iudiciali: quod

1 0 5

Cicero in secundo offi. tetigit. ait. n. a Panetio cōmemorā tur: neminem neq̄ ducē bello: nec principē domi magnas res & salutares sine hōminum studiis gerere potuisse. cō/memorantur ab eo Themistocles: Pericles: Cyrus: Agesilaus: Alexander: quos negat sine adiumentis hominum tātas res efficere potuisse. Vtitur in re nō dubia testibus nō necessariis. hæc ille.

Cōtemnuntur: qui nec sibi nec alteri prosunt.

d E nihili hominibus & nulli arti intentis hoc dictum ē: quod ab eodem Cicerone itidē in offic. perspicue declaratur. qui dicit Q uamobrē ut ante dixi contēnun/tur hi: qui nec sibi: nec alteri prosunt. (ut dicitur) in qui/bus nullus labor: nulla industria: nulla cura est.

Fundum alienum arat: incultū familiarē deserit.

s Vmpta est ab agricolis metaphora. q alienos agros colentes suos sterilescere sinunt. quod in eos prouerbialiter dici pōt. qui suis relictis rebus aliena curant. auctor Plautus in Amphitrione. uel qui alienam uitam damnāt: suam āt minime corrigunt. ut Persius satyra. iiii. expressit dicēs Cædimus inq̄ uicē præbemus crura sagittis. Vnde ēt illud in hunc sensum dicitur: hic illotis pedibus & uerbis repræhendit. auctor Gelius libro decimoquinto capite. v.

Altera manu panē ostentat: altera fert lapidē.

Vclionis apud Plautū in aulularia uerba sunt in eū prouerbii loco dicta. qui sub specie ferēdæ opis fraudē quempiā petit: ab his qui canes eo pacto fallunt: utique translatione facta.

Largitio non habet fundum.

q Vum largitio: quæ beniuolentiæ cōparādæ causa ab hominibus fit: sæpius fontem ipsū benignitatis ex

hauriat. ipsiq; homines citra modum dādo maxime egere incipiant. hinc in prodigos natum prouerbiū dicente Cicerone li. ii. offi. omnino meminisse debemus id: quod a nr̄is hominibus sæpissime usurpatū: iāq; in prouerbii consuetudinem uenit largitionem fundum (hoc est finem) non habere. in quo (ut Seneca prima ad lucillium epistola ait) sera parsimonia est. Et. n. qs potest esse modus? quū & hi qui consueuerunt: & illud idem alii desiderent?

Fames & mora bilem in nasum conciunt.

(s)Olent sæpenumero homines & fame & moræ tedio affecti in bilem hoc ē in iram insurgere. Et. n. bilis nil aliud est: nisi fellis humor: qui iecori adheret: testificante Horatio: qui ait feruens difficili bile tumet iecur. aliter cholera dicitur: ex qua ira mouetur. Vnde factū est prouerbium fames & mora bilem in nasum conciūt. quod dicitur de iis qui famis impatientes & moræ fastidio cōciti in iram deferuntur. teste Plauto in Amphytrione. inquit enī Vetus est adagiū fames & mora bilem in nasum conciunt hoc ē iram comouent.

Indulgere genio: Defraudare Genium.

(g)Enium auctore festo pōpeio ueteres putauerunt deum esse: qui uim obtineret omnium rerum generandarum. qua propter dei filium & parentem hominum nūcupabant. alii Genium naturæ deum esse diffiniunt: & ipsam naturam. Vnde factum: q; uice prouerbii indulgere Genio: est obsequi naturæ: & uoluptati operā dare: ut persius indulge genio: sicuti ecōtrario Defraudare genium: est interrumpere uoluptatem. Vnde plautus in aul. ait egomet fraudaui meum genium.

Noctuas Athenas porto.

n Octua auis quoniā Athenis maxime abundat. factū est prouerbiuȝ γλαυκασ εισ αθηνασ: quod latine sonat noctuas Athenas & supplēdum est uerbum: porto. de iis: qui uel inutilē mercaturā exercent: uel laborant in aliqua re inutili: aut ea uerbis exaggerāt: quæ notissima sunt audiēti. de quo Cicero ī epistolis li. vi. ad aul. torquatū: mentionē facit item aliud simile prouerbium γλαυκ ιον ωον: hoc est noctuæ ouum.

Cum Velis & equis.

n Autæ quū uolūt oī conatu iter raptī pagere dāt uela uētis: pariterq; naui trahēdæ equos adiūgūt. ex quo factū ē ꝓuerbiū: cū uelis & equis: hoc ē terra mariq;. quoties uolumus ultimū conatū ostēdere quod Cicero in. iii. officioꝝ usurpauit. Vbi Inqt Epicurus eiusdē fere adiutor auctorq; sentētiæ: cū his uelis equisq;. (ut dicitur cui simile est illud Terētianū manibus pedibusq; enixe oīa facturum.

Lusciniæ non deest cantio.

p Linius li. x. capite. xxix. de luscinia aue ita īquit: luscinīis diebus ac noctibus cōtinuis qndecim garrulus sine ītermissu cātus: densante se frōdiū germie ñ īnouissimū digna miratu aue. ꝓmū tāta uox tā puo: ī corpusculo: tā ptiax spirit9. deīde ī una pfecta musicæ scīa modulat9 editur sonus: & nūc cōtinuo spiritu trahit ī lōgū: nūc uariatur ī flexo: nūc distīguitur cōciso: copulatur ī torto: breuiterq; oīa tā paruulis ī faucib9: q̄ tot exqsitis tibiaꝝ tormētis ars hominū excogitauit. hæc ille: hinc igif factuȝ ꝓuerbiū lusciniæ nō deest cātio: uel de hoībus eloquentissimis. quibus nunquam deest oratio. uel de iis qui garruli & līguaces adeo loquendi uitio tenētur: ut nūq̄ tacēt. qd Plau

tus in bacchidibus tetigit dicens pol ego quoqꝫ metuo lu-
sciniolæ defuerit cantio.

Facta trantacta omnia.

h Oc terentianum auctore Donato super andria ꝓ-
uerbiale est in id negocii. de quo nihil supersit ad
agendum.

Dignus est: qui cũ in tenebris mices.

c Icero li. officiorum. iii. Hoc nõ ne est turpe ĩquit du
bitare phõs: quæ ne rustici qdem dubitent: a qui
bus natum est id: quod iam tritum est uetustate
prouerbium. Q uũ. n. fidem alicuius bonitatemqꝫ laudãt:
dignum eẽ dicunt. qui cum in tenebris mices. de quo ideꝫ
in secundo de finibus bonorum & maloruꝫ meminit. Nã
uir bonus noctu & amotis luminib9 atqꝫ arbitris: quãuis
manus uideri non possit: dicet tamẽ quot digitos explicue
rit. micare. n. per metaphoram est digitis sortiri: auctore
Varrone. qui ait micandum erit cum græco. utrum ego il
lius numerum: an ille meum sequatur. quo quideꝫ adagio
haud ineleganter uti possumus: ad alicuius uiri ꝓbitatẽ ac ĩ
tegritatem ostendendam.

Omnes sibi melius malunt q̃ alteri.

q Vum nemo se ipso sibi charior sit: suæ cuique
profecto seruiendum est utilitati. modo id sine
alterius in commodo fiat. Vnde prouerbium
manauit: omnes sibi melius male quam alteri: auctor Te
rentius in Andria.

Dei laneos pedes habent.

s Aturnus qui κρονοσ hoc est tempus dicitur: falcem
iõ gerere fertur. qꝛ tempus oĩa metit: & secat. siue qꝛ
in sertionẽ & surculorum & pomorum disciplinaꝫ tradide

rit. hanc ei in siciliam decidisse dicūt. quia sit terra illa maxime fertilis: pulsusq; a filio de regno: quoniam tempora se nescentia ab his quæ postea nata sunt: depelluntur. mox & uinctus esse: quia certa naturæ lege inter se conexa sunt tēpora. uel quia omnes fruges quibusdam uinculis nodisq; alternantur. Appolodorus autem scribit Saturnum laneo uinculo per annum alligari solitum: & in mense decembri in die sibi festo solui. Vnde ortum esse prouerbium Deos laneos pedes habere. significari uero per hoc: decimo mense semen in utero animatum in uitam augeri. quod donec in lucem ueniat: mollibus naturæ uinculis detinetur.

Trium litterarum homo.

h Oc Plautinum dictum Trium litterarum homo: in aulularia prouerbiale est. ubi cōgrio coquus strobilium seruum subobscure furem appellauit. hæc enim dictio fur tribus litteris constat: quo nos haud illepide inconsimili re uti possumus.

Pirum uulpes comedit.

u Vlpes animal sagacissimum rapto uiuens carne uescitur: quæ tamen fame affecta pirum comedit: sed difficulter. Vnde prouerbium ortum teste Plauto. qui in Mustellaria ait tam facile uinces: q̄ pirum uulpes comest. quod in eos usurpare possumus. qui rem admodum difficilem tentant. uel aliquid fere inuiti grauate agunt, perinde ac uulpes est pirum.

Quod scis: nescis.

a Pud Terentium in Heauton. syrus seruus inquit tu nescis id: quod scis: Dromo si sapies. quod prouerbialiter dictū ē. significat. n. q̄doq; prudētis eē dissimulare se id ignorare: qd̄ scit: perinde ac si nesciret. Vnde illud

horatianum stultitiā misce consiliis breuem̄. & aliubi dulce est descipere loco: & Plautus quod scies nesciueris.

Aqua hæret.

a Q ua quum hæret: nō fluit recto fluxu. Vnde ī eos prouerbium uenit aqua hæret. qui quemadmodum quum aqua hæret: non habentes uerum cursum: absurda dicunt: & minime conuenientia: ac ab omni rationis discursu aliena. auctore Cicerone in tertio officiorum: Vbi ait: quum de Epicuro loquitur. Dicit ille quidem multa multis locis: sed aqua hæret. (ut aiunt) hoc est allucinatur.

Q uāto plus biberint: tāto plus sitiēt parthi.

u Inum mentem hominis mutat. ex ebrietare uero milia scelerū gignuntur. propter quod sapiēter equidē lacedæmonii ut iuuenes a temulentia abducerent: seruos mero ingurgitatos in conuiuia ducebant. ut illi cernentes temulentorum turpe dehonestamentū ueluti rem fœdissimam perhorrescerent. sed quum hoīes temulenti oīa animi secreta proferant: merito teste Plinio iam uulgo attributa est uino ueritas. hinc etiam mox pallor: & genæ pendulæ: & ulcera oculorum: & tremulæ manus: ac multa quidem dictu fœda. sed hoc unum ebrietas uitium maximum habet. ꝙ bibendi consuetudo auget auiditatem. Vnde est illud prouerbium Q uanto plus biberint: tanto plus sitire pathos.

Dei faciētes adiuuant.

h Oc prouerbium simile pene est illi: quod inferius referam fortes fortuna iuuat: significat autem: ꝙ priusq̄ incipiamus: deorum auxilium imploremus. quū illi nobis aliqd agentibus faueāt. Vnde Vergilius ī pri

mo georgi. ait Imprimis uenerare deos. Et Martialis luce deos oro. quod Varro de re rustica li. prio usurpat ita scribens: Et quoniam (ut aiunt) Dei facientes adiuuant: prius inuocabo deos.

Scuto pacem petere.

d Iuus Hieronymus epistola. xii. Scuto pacez petere prouerbialiter dixit. quod ĩ eos adagii loco usurpari põt: q sub specie pacis petendæ bellum inferunt.

Qui arat oliuetum: rogat fructũ: qui stercorat: exorat: qui cædit: cogit.

a Gricolarum hoc uetus ẽ prouerbium: quo admonẽtur: ut oliuetũ colere debeant. quod quum a Columella libro sexto probe declaretur: eius ideo uerba ponaz. Quin etiam inquit compluribus interpositis annis oliuetum putandum est. Nam ueteris prouerbii meminisse cõuenit. Eum qui aret oliuetum: rogare fructum: qui stercoret: exorare: qui cædat cogere.

Iniquum petendum: ut æquum feras.

h Oc uetus ẽ ꝓuerbium: significat. n. ꝙ ĩ honestũ aliq̃do petẽdũ est: ut honestũ assequamur. ut Cicero ꝓ Milõe facit. qui insidiatorẽ prio Clodiuz ostendit: tamẽ addit ex abundanti etiam si id non fuisset: talem tamen ciuez (hoc. n. haud æquũ ẽ) cuz sũma uirtute interfectoris & gloria necari potuisse. Quod quum a Fabio libro. iiii. oratoriarum institutionum luculenter declaretur. eius subiiciam uerba. Nec ullum tamẽ inquit ordinem: de quo prius dixi: damnauerim. quia quædam & si ipsa sint dura: in id tamen ualent. ut ea molliant: quæ sequuntur. Nec omnino sine ratione est id: Quod uulgo dicitur: iniquum petendum: Vt æquum feras: quod tamen

nemo sic accipiat: ut omnia credat audenda. recte eniȝ græci præcipiunt non tentanda: quæ omnio effici nō possunt. Vnde Terentianum illud: quoniam non potest fieri id: qd̄ uis. id uelis: quod possis.

Vt pisces hamo: ita hoīes bn̄ficio capiunt.

a Pud siculos tritum est sermone prouerbium: Vt pisces hamo ita homines beneficio capiūtur. quo notatur hominum cupiditas. qui beneficiis tanq̄ appositis escationibus capti facile decipiūtur. ueluti pisces esca. Vnde Terentius in Adelphis ait nescis īescare hoīes.

In Caria hoc faciendum esset.

Caris

c Ares (ut testis est Strabo li. xii. geographiæ) populi sunt in asia mīori. de quibus Martialis ait laudibus īmodicis cares ī astra ferūt. qui qm̄ ferocissimi & bellicosissimi sunt dicēte Pōponio Mella Caria seqt̄ habitatur incertæ originis: alii īdigenas: sunt qui pelasgos: quidam cretas existimant. genus usq; eo quōdam armorū pugnæq; amans: ut aliena etiam bella mercede agerēt. hic græcum ortum est prouerbium In Caria hoc faciendum esset: quotiens uolumus significare aliquid cum periculo (Silent enim leges inter arma ut Ci. ait) eē faciēdū. ibi. n. hominum genus intractabile est: auctor Cicero in oratiōe pro Lucio Flacco: ubi inquit quid de tota Caria est nō ne hoc uestra uoce uulgatum est: siquid cum periculo experiri uelis: in Caria potissimum esse faciendum.

Quo nō puenit leōis pellis: uulpia assuēda ē.

l Ysander Lacedæmonius auctore Plutarcho dicere solebat quo non pueniret λεοντη: idest leonis pellis: uulpinam pellem esse assuendam. quo prouerbialiter dicto significabat. ubi ius non satis pollet: adhi

bendam esse uulpeculæ fraudē:ut græci (si fabulis credimus) Troianos multis post prœliis:ut Hānibal Marcellū:ut Tarquinius Gabios:ut Samnites uiribus haud quaq̄ pares: Duce pontio ad Caudinas furculas romanos Cōsules fraude & insidiis præuenerunt.

Bene plaustrum perculit.

p Laustrum quod currum significat:quum bubulci siue aurigæ mira quadam dexteritate uertant. hinc teste Donato deriuatum est prouerbium:bene plaustrū perculit:hoc est peruertit. quod de iis dicitur: qui suis uerbis facile quempiam a sententia abducunt:& a Terentio in Eunucho his uerbis usurpatum:quo trudis? perculeris iaꝫ tu me.

Anseres inter olores strepunt.

o Lor latine:cygnus græce auis est candidissima:uocem habens argutam. Ouidius ad uada Meandri concinit albus olor. Anser autem obstrepera. ob hanc igitur imparilitatem:factum est in eos prouerbium: qui se iis rebus quas ignorant petulantius audent immiscere: uel de rebus suis nimis presumunt.

Scis uti foro.

q Vum mercatores ante locum comercii:nō prescribant quanto uendant:q̄ aduexerint: sed secundum annonam fori quam deprehenderint: consilium de uendendis aut non uendendis mercibus sumant. hinc ortum prouerbium: Scis uti foro. Vnde quum aliqs pro loci:pro temporis:pro personarum ratione: non ignorat: quod se facere oporteat. eleganter dicimus:tu scis uti foro: de quo mentionem fecit Terentius in phormione

Maria montesq; promittere.

p Rouerbialis hyperbole est per superlationem facta. nam mare est elementum latissimum: mõtes uero sunt moles quædam maxima. illi igitur qui ea quæ fidem excedunt: temere pollicentur: dicuntur maria monteśqꝫ promittere. quod Terentius in phormione usurpauit dicens pellexit modo non⁹ montes auri pollicẽs. cui non absimile est Horatianũ illud: parturient mõtes: nascetur ridiculus mus. & persius Satyra. iii. Et qd opus cratero magnos promittere montes.

Omnia sub una myconum.

s Trabo libro. x. geographiæ quum de cycladibus loquitur: supra extat inquit & myconus. sub qua gigantũ nouissimos ab Hercule mactatos iacere fabulantur. E qua deriuatum est prouerbium. Omnia sub unam myconum. quandoquidem quæ natura distinguũtur: sub unum titulum discreptionemqꝫ ducuntur. hæc ille: huius adagii haud dubie sensus abstrusus ẽ. sed ne hũc locũ inexplicatum. (si fieri potest) relinquam: non nullorum sententiam. sane eruditorum referam. quidam dicũt Strabonem allusisse ad naturam gigantum. qui quamuis formam humanaꝫ excedãt: homines tamẽ sunt. & ita sub una discriptione ducuntur. Quidam autem dicunt puerbium deriuari ab eo: qꝛ omnes gigantes simul iaceant. nã licet natura seperati essent: hoc est alius aliubi maneret: omnes tandem unam sedem habuerunt: idest sub myconum iacuerunt. quæ sententia si potior (ut placet) est: quoties ea quæ sparsa diu fuerunt: in unum coadunantur. eleganter dicere possumus: Omnia sub unam myconum. Cæterum obseruaui apud Vergilium myconem tertii ordinis: non myconum secũdi proferri. ait enim in tertio æneidos

errantem mycone celsa gyaroq; reuinxit. ut in alt er utro męda sit. Vnde etiā illud est.

Hic myconius est.

m Yconii omnes Strabone teste eodem libro calui sunt. qui myconios inquit etiam quidam caluos appellant. quum illud uitium ea passi3 exuberet ī insula. Vnde auctore Donato super Ecyra ortum est prouerbium: ut quum quempiam caluicio laborare uidemus: dicamus: hic myconius est.

Singula regio habet suos cantus.

i N singulis regionibus sunt quædam propria. parthi artem iaculandi callent. ut Vergiliux gens illa quidem sumptis non tarda pharetris: arcades a natura ui3 musicæ habebant. Idem ambo florentes ætatibus arcades ambo: & cantare pares. thracia circa arma tractanda floret. Ouidius: Armiferam thracem qui regat alter erit. Vnde uice prouerbii factum est: q; quum uolumus significare alias gentes aliis moribus uiuere. Aut artibus excellere: dicimus Singula regio habet suos cantus.

Malum cōsilium consultori pessimum est.

s Tatua romæ in comicio posita Horatii coclitis fortissimi uiri de cælo iacta est. ob id fulgur piaculis luendum aruspices ex hetruria acciti inimico atq; hostili in populum romanum animo instituerant: eam rem contrariis religionibus procurare. Atque illam statuam suaserunt in inferiorem locum perperam transponi. quem sol oppositum circūundique aliarum ædium nunquam illustraret: quod quum ita fieri persuasissent: delati ad populum: proditiq; sunt. & quum de perfidia con-

fessi essent: necati sunt. Constititq; eam statuam perinde ut ueræ rationes post compertæ monebant: in locum editum subducendam: atq; ita in area Vulcani sublimiori loco statuendã. Eaq; res bene & prospere rei pu. cessit. Tũc igitur teste Gelio noctium Atticarum libro quarto capite quinto. q in hetruscos aurusspices male cõsolentis animaduersum uindicatumq; fuerat uersus hic scite factus: cantatusq; pueris urbe tota fertur. malum consilium consultori pessimum. qui iam in prouerbium cessit in eos: qui quum consulentibus se male consulant: huius subinde dolosi cõsilii pœnas expendunt. de quo etiã. M. Varro libro tertio capite secundo de re rustica mentionem facit. Vbi illud notatu dignum est. q consultor pro eo: qui dat consilium: capitur. quum grãmatici consultorem appellent eum: qui cõsilium petit: Horatius in primo sermonum usurpauit scribens: sub Galli cantum consultor ubi hostia pulsat.

Latet anguis in herba.

h Emistichius Vergilii uersus est. iam prouerbii loco uulgatus: hinc utiq; deriuatus. nam Eurydice Orphei uxor dum herbas perambularet: calcauit inscia latentem serpentem: cuius morsu periit. nos itaq; quum uolumus significare esse cauendum: nequid inter res lætas noxiũ nobis in cautis eueniat. dicimus latet Anguis in herba.

Dum pluit molendum esse.

p Linius libro. xviii. capite. vi. ait malum patremfamilias esse. quisquis interdiu faceret: quod noctu posset. peiorẽ: qui profestis diebus ageret. quod feriatis deberet. pessimũ uero: qui sereno die potius sub tecto ope raretur: q̃ in agro. quoniam igitur (ut Vergilius i

Georgicorum primo docet) pro qualitate temporis munia subeunda sunt. hincfactum est prouerbium dum pluit molendum esse. eo. n. tempore sub diuo agriculæ se exercere nequeunt. quo uti possumus: quum rei gerendæ tempus idoneum esse: significare uolumus.

Herbam tibi do.

h Erba in hoc loco palmam. i. uictoriam significat. ut Vergilius in tertio Georgicorum: Atq; immemor herbæ uictor equus. Vnde teste Plinio libro uigesimo secundo capite quarto apud antiquos summum uictoriæ signum erat herbam porrigere uictos. quod perinde uidebatur: ac si se se uictos faterentur: & uictoriam cederent. Et. n. (ut testatur Festus) qui parato cursu aut uiribus contendebant: quum superati erant: ex eo solo ī quo certamen erat: decerptam herbam aduersario dabant. qđ pastoralis uitæ iudicium erat. Ex quo auctore Seruio sup octauo æneidos factum est prouerbium: Herbam tibi do. hoc est fateor me uictum. Cur autē palma uictoriæ signū esset. Aristoteles in septimo problematum & Plutarchus in octauo Symphonicorum scribit. Si super palmæ inquit arboris lignum magna pondera imponas: ac tam grauiter urgeas oneresq;: ut magnitudo oneris substineri non queat. non deorsum palma cedit. nec introflectitur: sed aduersus pondus insurgit: & sursum nititur recuruaturq;: propterea ait Plutarchus in certaminibus palmā signum eē placuit uictoriæ. quoniam ingenium eiusmodi ligni est: ut urgentibus prementibusque non cedat. hæc ex Gelio libro tertio.

Pupilla oculi nobis charius.

p Vpilla est pars illa oculi parua in media cornea sita. in

qua ita absoluta uis speculi redditur: ut tam exiguum spatium totam imaginem hominis reddat. quae causa est: auctore Plin. li. xi. ca. xxxvii. ut pleraeq; aues e mãibus hoĩu3 oculos potissimũ appetant: q effigiem suam in iis cernẽtes uelut ad cognata desideria tendant. Haec nobis adeo chara ẽ: ut locum puerbio dederit. quũ dicimus aliquid pupilla oculi nobis charius esse. uel illud: q oculi (ut idẽ Plini. ait) sunt pars corporis ptiosissima. Siqde3 ii lucis usu uitã distiguũt a morte. Vnde Macrobi. ĩ frõte li. ii. de Somnio Scip. Eustachi ĩquit luce mihi charior. Nec pterea me pterit: q Georgius Alexãdrinus hõ impense doctus pupulã penultima correpta: non pupillam uocari contendit. Caeterũ ego antiquis exemplaribus ĩ haereo. In quibus passim pupilla: non pupula legitur.

Fas nefas.

f As nefas: uelis nolis: fanda nefanda: digna ĩdigna: huiusmodi elocutiones passim prouerbiales inueniuntur: apud scriptores. auctor Donatus.

Is se reperit.

h Oc teste Donato uetus puerbium ẽ. & a Terẽtio in Eunucho usurpatur. dicitur ãt de iis: q ipsi se pdunt. (ut puta) si quis quaereretur ĩ noctu: & nusquã inuentus uocem emitteret. tunc ille se reperit.

Hic se furti alligat.

s Olẽt plaeriq homines ita temer loqui. ut quo magis se defendere cõtendunt: hoc se se per inscitiam grauius culpae astringunt. unde ortum prouerbium hic se furti alligat in eum: qui (ut uulgo dicitur) sibi pedem securi ferit. Ergo sũma quidem (quemadmodũ Cicero pcipit) adhiben da est in loquendo diligentia. & il-

lud (teste Gelio) faciundum est: Silere quum opus est: & tuto loqui: nã qđ nemo scit: pene non fit (ut Apuleius ait) quot enim uoces per ignauiam emittuntur: mox per iugulum rediturae? quot scelera: quot crimina: unico uerbo deteguntur? quae paulo post nobis cladem: mortemq; afferũt: quod decenter a Terentio usurpatur.

Tua uerba gerrae sunt: Vel gerras clamitas.

g Errae a gero uel a garrio (ut quidam uolunt) dictae nugas proprie significant. Vnde quum prouerbialiter quẽpiã nugari significare uolumus: dicimus tua uerba gerrae sunt. quod adagium Plautus in penulo facit. ubi ait tuae blandiciae mihi sunt (qđ dici solet) Gerrae germanae. Nos a graeco gerras deductas existimamus. qui γέρρα uocant crates uimineas. quum. n. Athenienses auctore Festo syracusas obsiderent: & crebro gerras poscerent. irridentes siculi gerras clamitare coeperunt. Vnde factum est gerras clamitare: ẽ nugando irridere.

Aegregia musica q̃ sit absc̃odita: nullius rei ẽ.

q Vum homini erudito nihil quicq̃ sua uirtus ꝓsit. si illam ipsam occultat: aut musices callenti artem: si itidem canere non uult. hinc ortum teste Gelio prouerbium. qui in. xii. noctium Atticarum ait: Nosti inq̃ magister uerbum illud scilicet uetus aegregiam musicam quae sit abscondita: eam esse nulli rei. & Tranquillus de Nerone graecum prouerbium inquit iactans ocultae musicae nullum esse respectum: Cui non absimile est Horatianum illud: parum sepultae distat inertiae omnis celata uirtus.

Viue moribus praeteritis: Loquere uerbis praesentibus.

p Hauorinus phūs auctore Gelio lib. prio capite. x. adolofcenti ueterū uerborum cupidissimo: & plerasq; uoces nimis priscas: & ignotissimas in quotidianis cōmunibusq; sermonibus exprométi: Curius īquit & Fabritius: & Corūcauius antiquissimi nostri: & his antiquiores Horatii illi trigemini plane & dilucide cū suis fabulati sunt. Neq; aruncorum: aut sicanorū: aut pelasgorum: q primi coluisse italiā dicuntur: sed ætatis suæ uerbis locuti sunt. Tu āt perinde quasi cū matre Euādri nūc loquere: sermone multis annis iā desito uteris. qđ scire atq; intelligere neminē uis: quæ dicas. Sed antiqtatē tibi placere ais: q honesta: & bona: & sobria: & modesta sit. Viue ergo moribus pteritis: loquere uerbis psentibus. hæc Phauorius. sed huiusmōi uerba audio passiʒ usurpari: adeo q iam in prouerbium cesserint: in eos: qui nimis antiquarii sunt.

Teneto te intra pelliculam.

p Rouerbiū erat apđ antiquos ī eū. q rē ultra uires tētaret: q dicebāt teneto te ītra pelliculā. hoc usurpat Horatius ī sermōibus. & a Marti. li. iii. ī cerdonē aptissime dicitur his carminib9: lusisti: satis ē: sed te (mihi crede) memento Nunc in pellicula Cerdo tenere tua.

Animam debet.

m Os uetus erat. q q soluendo nō esset: pp æris alieni magnitudinē creditori addicebatur. hoc ē tradebatur: tā q̄ uēditus. Vnde factū ē: teste Donato puerbiū græcū de iis: q quū grāde æs alienū cōflauerit: animā ipāʒ debēt. i. necesse ē: nō mō res: sed se ipos ī creditoris potestatem tradere. quum nos itaq; uolumus quempiaʒ significare esse obæratum. scite quidem dicimus: hic aīaʒ dʒ.

Immisi fontibus apros.

a Pris quædam ĩ luto uolutandi gratia est. quare puros fontes cænosos reddunt. ex quo ortũ est ꝓuerbium rusticanu; ĩmisi fontibus apros. quo exprimit stultitia eorum: qui suis rebus perniciem immittunt. quod Vergilius in Bucolicis usurpat.

Obsequ; amicos: ueritas. odium parit.

f Olent plærĩqꝫ hoĩes aliena flagitia ꝓcupide & uidere: atqꝫ repræhendere. sua aũt nec uident: nec oĩno ab aliis obiurgari patiunt̃. hinc igitur Terentianũ illud est: quod ab eruditis uice ꝓuerbii usurpari audio: obsequium amicos ueritas odium parit. nã molesta ueritas ẽ. siquidem ab ea nascitur odium. quod est uenenum amiciciæ. ex quo seruile est illud adulatorum hominum genus. qui malefacta laudantes amicos ꝑcipitant. obsequium igitur multo perniciosius est: q̃ ueritas. qꝫ peccatis indulgens amicum labi sinit. Scitum ideo teste Cicerõe in amicitia illud Catonis est: multo melius de quibusdam acerbos inimicos mereri: q̃ eos amicos: qui dulces uideantur. illos ueꝝ sæpe dicere: hos nunquam.

Annus fructificat non tellus.

t Heophrastus libro. viii. inquit ad frugum ĩcremẽtũ alimentumqꝫ plurimum qdem cæli temperies atqꝫ in totũ anni conditio iuuat. ĩbribus. n. serenitatibusqꝫ opportune secutis. oĩa feracia atqꝫ fœcũda reddũtur. quamobrem non perpera; prouerbio dicitur: Annus fructificat non tellus. Vnde Vergilius hoc idẽ affirmãs ait: humida solstitia atqꝫ hiemes orate serenas agriculæ.

Multos modios salis cũ amicis edẽdos esse.

q Vu; nihil sit difficilius: q̃ animũ hominũ perspicere. est lõge qdem cũ amicis uiuẽdũ tpe: ante q̃ uerã ami-

citiam esse appellemus. sunt. n. quidam: qui ad tempus amant. quidam autem amicitiam utilitate probant. ut Philippu3 macedonē facere cōsueuisse: Trog9 prodidit: ꝓpter quod Solon aiebat amicos cito noli aquirere: quos aquisi ueris reprobare caue. hinc factum est prouerbium multos modios salis cum amicis edendos esse. ut (quemadmodum Cicero in amicitia docet) munus amicitiæ expletū sit. hoc est diu simul uiuendum esse. nam quum ex condimētis nihil mius q̄ salis comedam9: ad multos proinđ modios edēdos lōgo tēpe op9 ē. Nō nobis solū nati sum9.

Iuinus Plato ad Architam Tarentinum scripsit.

d Cuius hæc uerba sunt: Qui litteras reddidere tuas: narrauerunt nobis te moleste ferre: ꝙ a publicis tuæ ciuitatis occupationibus te liberare non ualeas. qđ igitur dulcissimum uitæ genus sit agere: sua præsertim si quis talia elegerit facienda: qualia tu: omnibus manifestum est. Sed illud quoq; te considerare oportet: nullum nostrum sibi soli natum esse. sed ortus nostri partem sibi patriam uendicare: partem parentes: partem amicos: multa insuper pro temporum diuersitate nobis accidere. quibus nostra uita occupata est. uocante igitur te patria ipsa ad rem pu. gubernandam: absurdum forsitan esset: non patere. plato hactenus: hoc itaq; (ut Cicero in officialibus libris ait) præclarum dictum quum iam loco prouerbii inoleuerit. quoties uolumus significare omnia referenda esse ad comunem utilitatē: & omni officio aliorum animos demereri oportere: omnibusq; adesse: dicimus non nobis solum nati sumus. præsertim quum nemo tantus sit: ꝙ sibi satis sit. quo fit nobis inuicem succurrendum est.

Plato.

Lentiscum mandentes.

g Ræcorum hoc uetus est adagium σχινοτρώγες. idest lentiscum mandentes aduersus eos: qui nimio se comendi studio superfluunt: quasi dentibus exterendis & fricandis tantum incumbant præ desidia. Nam lentiscus teste plinio naturalis hist. libro xv. arbor est mastichen sudans gũmi modo. ex qua dentifricium poeta Martialis in apophoretis commendat: Lentiscũ melius: sed si tibi frondea cuspis defuerit: dentes penna leuare potest. quo nos in eos uti possumus. qui circa curam corporis (ueluti tranquillus de Cæsare refert) morosiores sunt. Plinii. Martialis

Diuide ficos.

Rouerbium græcum est συκα μεριζε .i. diuide ficos tractũ a fratribus diuidẽtibus bona: qui eousq; minima quæq; diuidi postulant: ut ficorum partem diuidi uelit. quod Martialis Vrbanissimus poeta libro. v. in Calliodorum usurpauit: ubi inquit Quadrígẽta secat: q dicit sicamerize. i. diuide ficos. quoties itaq; auarũ aut uendentem emẽtẽ. ue aliqd: uel diuidentẽ: q; minimũ qdq; magni æstimet: notare uolum9 elegãter dicius sicãerize. i. diuid ficos.

Honores mutant mores.

i Lli q adipiscũtur magstratus: imperia: honores: diuitias: opes: & ea oĩa: quæ sunt in manu fortunæ: debent auctore Cicerone in officialibus libris se pinde gerere: ac tpis cõditio: & ipa dignitas poscit: qa (ut Pittacus ait) magistratus uiros ostẽdũt. Vñ i puerbio dicit honores mutant mores. quod ita facere oportere illud Fabii Maxi. exẽplum perbelle docet. qui teste Liuio libro quarto de secũdo bello punico in Apuliã filio legatus ad Suessulam in castra uenit: quuz obuiam filius progtederetur: lictoresq; uerecundia maiestatis eius anteirent taciti: præter duodecim Cicero.

fasces equo profectus est senex. ut Consul animaduertit: proximum lictorem (is. n. mos erat) misit: & ut is descẽderet ex equo conclamauit. quum demuz desiliens experiri inquit uolui fili satin scires Consulem te esse. cuius uel Valerius max. libro secundo meminit.

Silere a bonis.

SIlet cœlum: luna: herba: cœlum: q̃ serenuz est. Luna: q̃ coit. herba: quæ nondum germinat. priora duo ex Plinio ultimum ex Columella. Silent & a uento loca: a Plinio Catulloq̃ dicitur. & in sacris litteris ab Ambrosio prouerbium silere a bonis: pro eo quod est: ad contumelias non hiscere: sed absurdescere: obmutescereq̃ uirtutis conscientia.

In spongiam incubuit.

AVgustus Cæsar auctore Tranquillo quum tragœdiam de Aiace magno impetu exorsus: non succedente stilo aboleuisset: quærentibus amicis quidnam Aiax ageret: festiuiter respondit: Aiacem suum in spõgiam incubuisse: significare uolens se spongia deletili deleuisse Aiacem suam tragœdiam. quod etiam Macrob. in. ii. Saturnaliũ testatur. hinc itaq̃ iam uice prouerbii inoleuit. q̃ quoties uolumus significare uel aliquid obliuioni mãdatum: uel tanq̃ minus ꝓbatũ iam interruptũ: penitusq̃ deletũ eẽ: elegãter dicamꝰ ĩ spõgiã ĩcubuit: hoc ẽ ĩcidit. Scripta. n. q̃ ĩprobantur: spõgia deleri solẽt. quã ob hoc deletilez prisci dici uoluerũt: dicẽte Mattia. utilis hæc quoties scripta nouare uoles. illud obiter anotatu dignũ ducimus. q̃ Plinius libro. viiii. nat. hist. capite. xlv. Spõgiis q̃q̃ de his sunt quæ tertiam naturam habẽt: nõ animaliũ: neq̃ fruticũ sensum inesse tradit. intellectum. n. inquit iis inesse apparet.

quia ubi auulsorem sensere: contractæ multo difficilius abstrahuntur. hoc idem fluctu pulsante faciunt: hæc ille.

Vultur es Cadauer expecta.

s Enecæ in epistola. xcv. de captatoribus prouerbium est: qui quum mirumimodum (ut Iuuenalis ait) oblectent alienа uiuere quadra: nõ cessant blandiciis & illecebris quibusdam ac obsequiis alienas captare cœnas. qui merito uultures appellantut. nam uultur perinde ac captator cœnas: cadauera sectatur: præter cæteras aues. ut illud Ennii uulturis in siluis miserum mandebat homonem: uel Plinio testificante libro. x. capite. vi. qui triduo ĩquit aut biduo uolaꝛ eos ubi cadauera futura sunt. Cæterum hoc idem adagiuȝ Martialis libro sexto usurpasse uidetur. ubi ad opianum captatorem scribit Amisit pater unicum silanus: Cessas mittere munera opianæ? Heu crudele nefas: malæq; partæ. Cuius uulturis hoc erit cadauer? hæc ille. nos igitur non minus prouerbialiter quemcũque alicui rei percupide in hiantẽ uulturẽ appellare qmus.

Nabis sine cortice.

m Etaphora est ab ignaris natandi sumpta. qui ne mergantur aquis: alligant humeris corticem: siue (ut hodie fit) aridam cucurbitam. quo sine artificio in superficie aquarum substentantur. significat enim aliquid sine difficultate alieno ue adminiculo agere. ut faciunt: qui nandi artem callent. quod Flaccus Horatius ĩ primo sermonum prouerbialiter usurpat dicens: membra animumq; tuum nabis sine cortice. sic me &cete.

Te Mattea iuuant.

g Eorgius Alexandrinus enarrãs hũc Martialis locuȝ libro. x. Sed te Mattea sola iuuãt: ait hoc græcũ esse

prouerbium de iis: qui supra modum delicati sunt. mattea .n. quæ Tranquillus in Caligula fœminino genere protulit: preciosa edulia sunt. apud græcos matyasin significat mattea. seu macteas conficere: hoc est ganeata cibaria. qd in gulosos & delicatos usurpari eleganter potest.

Cupressum scis simulare.

h Oc auctore Porphyrione græcum est adagium: in malum pictorem & ab Horatio in poetica arte recensitum. qui quum nesciret aliud bene pingere: q̃ cupressum: ab hoc naufragus quidam petiit in tabella fatum suum exprimi. ille autem interrogauit num ex cupresso uellet aliquid adiici. hinc igitur in ludicrum prouerbii cessit: in eos: qui relicta propria materia: quam exequi desperant: importune alios ornatus inducunt.

Leoni mortuo barbam uellis.

l Eo animal ferocissimum facile in iram prouocatus uertitur: in quam natura ipsa pronus est. Verum mortuus (ut cætera omnia animalia) quamuis irritatus minime excitatur. Vnde factum est prouerbium ꝙ quum quispiam uult aliquem excitare, qui moueri non potest: dicamus Leoni mortuo barbam uellis. quo Martialis libro. x. in ligellam usus esse uidetur: ubi ita iquit Quare si pudor est: ligella noli Barbam uellere mortuo leoni.

Oderunt dum metuunt.

c Aius Caligula Princeps Suetonio Auctore tragicum illud subinde iactabat: oderint dum metuãt. ex quo exclamat Seneca dicens Vocem illam dirã & abominandam oderint dum metuant: Syllano scias seculo scriptam. idem libro. ii. de clementia considero multas uoces magnas: sed detestabiles in uitam humanam peruenisse: ut illam Oderint dum metuant. Cicero quoque ĩ pri

ma antonianarum: uidemus etiam inquit in fabulis ipsis il lis: qui oderint dũ metuant dixerit: pernitiosum fuisse. Vox autem hæc tragica est: & ab Atreo crudelissimo apud poe- tam tragicum usurpata. cuius rei mentio quoque fit ab eo- dem. M. Tullio in primo de officiis. sed quũ metus sit ma lus custos diuturnitatis: contraq; beniuolentia fidelis: uel ad perpetuitatẽ. debet bonus Princeps potius diligi uelle q̃ timeri. preclare. n. Ennius quem metuunt oderunt. quem quisq; odit periisse expetit. & necesse ẽ multos timeat. quẽ multi timent. ad opes autem Principis tuendas nihil apti- us beniuolentia subditorum. hæc sunt munimenta firmis sima: hæ arces inexpngnabiles. & (ut ait uerissime Cyrus apud xenophontem) non est aureum scæptrum. qd' re- gnum seruet: sed animi ciuium scæptrũ sunt regibus ueris simum: maximeq; securum. & Bias prieneus ciuibus om- nibus placere stude. habet id. n. multum gratiæ: contra su- perbia semper nocuit. dicere solebat Diouysius Tyrannus uincula adamantina esse metum: uiolentiã: classem: & de- cem milia armatorum. Sed quis non uidet magis uincula adamantina & esse: & dici debere beniuolentiam: iusticiã: benificentiam: atq; clæmentiã? Igitur quum gloriosum sit diligi: inuidiosũ uero atq; caducũ metui. pge Inclyte Guide & p̃rnis ĩsiste uestigiis: collige (siuti facis) tuoꝝ ciuiũ beni uolẽtiã: dato opã ut sis magis diligẽd9 q̃ timẽd9: pfecto (ut citra assentationẽ) uera pfitear: null9 unq̃ suis tã charus fuit: q̃ illustrissima gẽs feltria oĩb9 Vrbiatib9: cæteris suis subditis: oĩ sexui: oĩb9 ætatib9 chara ẽ. Certati tu cũ Octa- uiano patruo amaris: coleris: probaris: Deniq; Vrbinates sine te uiuere nec uolunt: nec possunt. Feltria Domus nostræ Ciuitatis caput: spes: salus est. Cui ocium: sa- lutem: libertatem: trãquillitatẽ: omnia deniq;: qbus iã mul

tos annos fruimur: bona accepta referrimus. per quam iaꝫ ĩmutari põt uox illa dira oderint: dum metuant: in uocem amabilem: diligant nec metuant. diligimus. n. te ac patruũ ardentissime: perinde ac patres nostri Federicum parentẽ tuum amarunt: nec metuimus. colimus certatim: nec paue scimus: ueremur: nec horrescimus. dii faxint ut ita tu simul cum patruo diutissime floreas. &. n. florebimus nos itidẽ. sed eo iam reuertatur: unde digressa est oratio. Hæc uox itaqꝫ principum est: & in eos loco prouerbii uulgata. quaꝫ ideo intra prouerbia referre placuit: ut Principibꝰ & Regibus dignũ aliquid attigisse uideremur.

Hoc bene sit.

h Oc apud antiquos prouerbium fuit. quemadmodum dii bene uertãt: aut fœlix faustumqꝫ sit: quoties rem admodum magnam & inusitataꝫ aggressuri erant. Nam sic Persius satyra. iiii. auarum ueluti rẽ magni sumptus cœnaturũ ĩducit dicentem hoc bene sit. Liuius itidem ab Vrbe condi. quum de trecentis fabiis illis inueientes euntibus loquitur: ut illud inquit agmen faustuꝫ atqꝫ fœlix mittant: & aliubi in hanc sententiam sæpius fœlix faustumqꝫ sit ait: & Apuleius in Asino aureo libro secũdo. quo uti maxime decet in omnibus rebus subeundis.

Nõ oĩbꝰ tuta ĩter cyaneas petras cõtĩgit nauigatio.

c Yaneæ petræ auctore Strabone libro primo & tertio: quas symplegadas uocauere non nulli: per bizantiaci oris angustias asperrimum nauigantibus fecere transitum: adeo ut ab Symplegadibus plecte. i. errabiles dictæ sint. ipsaqꝫ Iasonis nauigatio per illas fuisse dicitur. Vnde uulgo ortum est prouerbium. non omnibꝰ tuta inter cyaneas petras cõtingit nauigatio. quoties signi

ficare uolum9 a locis periculosis esse cauendum. nec eo se temere committendum: q̃ illa ipsa quipiã prius incolumes euaserint. possumus etiã in eos usurpare. qui ideo aliquid quod lege cautũ sit: perpetrare audent. quia idem qui ante se fecerint: haud pœnas dederint.

De manu in manum.

h Oc quis adagium satis omnibus uulgatum sit: tamen quũ apud idoneos scriptores reperiaʒ. p̃sertĩ apud Ciceronem: non prætereũdum Silẽtio duxi. qui li. epistolaꝝ familiariũ. vii. ad Cæsareʒ quũ ei Trebatium cõmendat: Neqꝫ inquit impedio: quo mĩus si tibi placuerit: etiam hisce eum ornes gloriæ insignibus. totũ deniqꝫ hominem tibi trado de manu (ut aiunt) ĩ manum tuã: hæc ille: Cæterum hoc ꝓuerbiũ ordinem significat. est. n. tractũ ab his. ꝑ quoꝝ simul sedentiũ uel ordinatim stantiũ manus: hoc est de unius in alterius manum traditũ aliquid a primis ad extremos: e conuerso a calce ad frontem defertur. ut fit in acie equitum: ẽt hodie. quum ab ultimis aciei quippiam ad primos persinguloꝝ equitũ man9 deportatᷣ.

Cecropiam contra sus est: tẽditqꝫ mineruã.

c Leander in secũdo ꝓuerbioꝝ ait. Herculẽ Adõis statuam cõspicatũ dixisse: cecropiam cõtra sus est: tenditqꝫ Mineruaʒ. quod postea in eos dici cœpit: qui potentiorib9 & sapiẽtioribus aduersari uolunt. qđ phileticus (ut ipse testatur sup quadã Cicerõis epistola lib. vi. ad Aul. Torquatũ) latinũ fecit: & hũc uersum ita traduxit Cecropiam cõtra sus est: tenditq̃ mineruã. cuius sensus talis est: qualis illius sus mineruam docet.

Nihil Sacrum.

à Liud item ab Hercule tractum. quod Theocritus in

æpolico scripsit: is.n. quum ĩ macedoniam intrasset: uidit multos ex quodam sacello prodeuntes: & uolens ipse etiã ingredi: cui nã dicatũ esset interrogauit. quum audiuisset Adoni: respondit nihil sacrum: hoc est nulla re dignũ: inuens nulli fere deo sacratũ. quod mox in prouerbium cessit: ut quoties rem nullius ponderis significare uolumus: dicamus nihil sacrum.

Qui Crotõiatarũ postrem9 ẽ: is reliquorũ græcoꝝ prius.

c Roton calabriæ ciuitas est. de qua Ouid. plene li. xv. metamor. scripsit: ubi ait Nec in hospita tecta crotonis. quã auctore Strabone li. vi. geogr. quũ Achiui a deo oraculum cœpissent: ut conderent: Myscell9 ad considerandum locũ accessit: qui quum iam ædificatam cerneret Sybarim a uicino flumine cognomen habẽtem: hanc præstantiorem esse iudicauit: ea pp reuerso ad oraculum denuo atq; roganti nunqd hanc pro illa cõdere datum esset: Deus has reddidit uoces (erat. n. Gibbus myscellus) Terga breuis myselle tuo de pectore omitte. Cætera perquirens frustra: en uenaris iniqua. At rectum quodcũq; dat: tu laude probato. reuersus igitur Crotonẽ construxit: fuit ãt ciuitas rei bellicæ peritissima. nec paruã exercẽdis Athletis operam dedit. in unius itaq; olympiadis ludis septẽ uiri qui cæteros studio superarũt: crotoniatæ fuere oẽs. ex quo prouerbium factum est: qui Crotoniatarũ postremus est. is reliquorum græcorum primus est. quod perurbane quidem & eleganter nos usurpare possumus. quuã uolumus populum aliquem aut ciuitatem longe cæteris populis urbibus ue nobiliorem excellentioremq; esse significare. Unde illud alterum est. propter quod huius ciuitatis originem aliquãto accuratius reddidi. ut iure ab ouo (ut dicitur) cœ

pisse uideat.

Crotone salubrius asserit.

u Etus hoc quoq; teste Strabone eodem geogra. li. vi. prouerbium est: crotone salubrius asserit. Quod inde ortum esse aiunt. quia locus ipse ad salubritatem & bonas habitudines propter athletarum multitudinem plurimum conferat. de quo Pli. etiaz libro tertio meminit. nos igitur quum uolumus quempiam locum seu propter aeris temperiem: qua una quidem re idem Strabo hispaniam fœlicem appellat: seu propter amœnitatez (ut Flaccus Horatius de suo tyburi cecinit) saluberrimum esse & sanitati admodum congruum ostendere. dicimus prouerbialiter Crotone salubrius est: uel asserit: supple aliquis. cui contrarium est illud: quod paulo superius de Scolo pago uulgatum rettulimus.

Hic mysorum ultimus est.

m Ysia teste Plinio libro quinto. & Dionysio de situ orbis: & Strabone in duodecimo: phrygiæ prouintia est. Mysi autem populi quoniam humiles & despicabiles sunt: hinc apud græcos fuit tritum sermone prouerbium. Vt quoties quispiam ludibrio ducebatur: hic mysorum ultimus esse diceretur. Auctor Cicero in oratione pro Lucio Flacco: ubi inquit. Quid porro in græco sermone tam tritum atque celebratum est: quam siquis despicatui ducitur: ut mysorum ultimus esse dicatur: nos quoque eleganter in ridiculos homines uti possumus.

Atheniensium renouemus uet9 exemplū.

c Icero in liminari pagina primæ antonianaꝝ puer bialiter ita locutus est: Nec uero usq̄ discedebam: nec a re'pu. deiiciebā oculos: ex eo die: quo in ædē Telluris conuocati sumus. ī quo templo quantū in me fu it: ieci fundamenta pacis: Atheniensiūq; renouaui uet9 exemplum. significare uolens se oīum actaꝝ reꝝ atq; iniuriarum memoriam penitus delendā esse censuisse. Cuius exē pli origo est. Bello peloponēsiaco multis atheniensiū nom̄ censentibus esse delendum: negātibusq; spartanis: pax sub conditione data est. ut res publica ex lacedemoniis triginta rectores acciperet. qui omnes mox facti tyranni oppressas seruitute tenebant Athenas. Thrasybulus lyci filius phyleꝫ cōfugit munitissimū ī attica castellū: inde cōparata multitudine haud sane magna tyrānos ī se eūtes turpiter repu lit. qui protinus in urbem amissis armis refugere. Critias ī secundo prœlio cecidit tyrānoruꝫ Dux. pax facta pausaniæ lacedæmoniorum Regis interuentu: his cōditionibus: ut triginta tantum tyranni &. x. ꝑtores exilio afficerentur. Eleusinam ii ī exilium migrarunt. Tunc aūt Thrasybulus libertatis uindex legem tulit: nequis antea actaꝝ rerum accuseretur. lex uero illa uocata est obliuionis iniuriaruꝫ. quā Athenienses amnestiam appellauerunt. Auctores Valerius libro. iiii. de moderatione. Trogus ī quinto: Aemilius ꝓ bus in uita Trasybuli. Nos igitur quum actarum reꝝ esse obliuiscendum significare uolumus: loco prouerbii scite dicere possumus: Atheniensium renouemus uetus exēplū.

Vna hirundo non facit uer.

u Entus Fauonius ad. viii. calendas marcias flare incipit: Horatio dicente Soluitur acris hyems grata uice

ueris & fauoni. quem chelidoniam uocant: ab hirũdinis ui
su. græce. n. hirundo appellatur. & quoniam eo
flare incipiente hirundo auis aduena ad nos traiecto põto
trãsuolat hic est prouerbiũ illud Vna hirũdo nõ facit uer.

Apertum pectus.

q Voniam aũt illud hominũ genus præstantissimũ
ẽ. qui afictis uerbis abhorrentes (prudentis. n. &
boni uiri est: aut amare: aut odisse palam) quicqd
in pectore habent: illud ipsum ĩ frõte gerunt. hoc est osten
dunt: præ se ferunt. uel pessimi sunt: qui secus faciunt. un-
de Cecilius ait Nam hi sunt inimici pessumi: fronte hilaro:
corde tristi: auctor est Gelius lib. xiiii. capite. ix. Hinc ortuȝ
prouerbium Apertũ pectus: cui9 Cic. ĩ amicitia meminit.

Boni pastoris est tõdere pec9 nõ deglubere.

t Iberius Cæsar auctore Tranqllo præsidibus one-
randas tributo prouĩcias suadentibus rescripsit:
Boni pastoris esse tõdere pecus: nõ deglubere. per
hanc bracteatam sententiã significare uolens prouinciales
a præsidibus nõ esse usq; ad uiuũ despoliandos. deglubi. n.
pecus dicitur: cui pellis detrahitur. ut auctor est Fest. M.
Varro ĩ prĩo de re rustica capi. xlviii. tradit glumaȝ dici folli
culuȝ grani a glubẽdo: qđ eo folliculo deglubatur granum:
hoc est decorticet. Catullus glubit magnanimos remi ne-
potes. quo fit hoc lepidũ Tiberii dictũ iã ꝓuerbii loco ĩ ma
los magistratus peruulgatum est. Simile illud est ecclesia-
sticum: qui nimis emũgit. elicit sanguinẽ. Veꝝ lõge aliter q̃
Tiberius: flauius Vespasianus factitabat. qui ꝓcuratoꝝ ra
pacissimũ quẽq; ad ampliora officia ex ĩdustria solitus erat
ꝓmouere: quo locupletiores mox cõdẽnaret. qbus quidẽ
uulgo pro spõgiis dicebatur uti. quod quasi & siccos made

faceret: & exprimeret humentes. Auctor Idem Suetonius.

Figulus ollis ansas ponit.

q Vum in rebus agundis nobis integrum est, pro arbitratu agere: prouerbialiter dicimus figulum ollis ansas ponere. &. n. sibi integrum est in qualibet parte uasis ponere ansam.

Sero sapiunt phryges.

t Roiani ob Helenæ raptum diu graui bello afflicti decimo deniq; anno eam uelle: quæq; simul rapta erant: petentibus græcis reddere cœperant. Sed quia ea sapientia troianorum serotina erat: & nimis tarda: quippe q tum demum resipiscere cœperant: Quum res eorum forent deploratæ: & ægritudo irremediabilis. hinc uetus prouerbium increbruit: Sero sapiunt phryges. ad quod alludens Cicero libro epistolarum. vi. ad Trebatiũ ait: in equo troiano scis esse in extremo sero sapiunt. in extremo dixit: hoc est in extrema parte tragœdiæ: cui titulus erat equus troianus. ubi interpraetes haud dubie hallucinãtes magis sensum implicant: q̃ explicent. nos autem hoc prouerbio monemur prius q̃ incipiamus recte consulere. post. n. rerum exitum: qui (ut Fabius ille maximus dictitare solebat) stultorum magister est: sero sapimus: & (ut aiunt) acta agimus.

Lachrymæ Crocodili.

c Rocodilum Nilus habet (ut Plinius libro octauo tradit) quadrupes animal hominibus terra pariter atque aquis infestum: hebetes oculos in aqua habet: extra accerrimi uisus est. conspecto homine emittit lachrymas: mox appropinquantem deuorat. Unde factum est prouerbium lachrymæ crocodili de iis: qui

120

sub specie pietatis homines fallunt.

Perfricui faciem.

m Os est eorum: qui cum pudore aliquid agunt: ut faciem perfricent: natura ipsa ad id impellente: q̃si ad abigendum sanguinem. qui ex præcordiis ad faciei sup̃ficiẽ cõfluit. pp quod Aristoteles in problemati bus quærit cur pudore & uerecundia facies hominis eru- bescere: tĩore uero & metu pallescere soleat. quum præter tim pudor (ut testis est Gelius libro decimo octauo capite sexto) nihil aliud sit: q̃ timor futuræ repræhensionis. ita enim ab eo diffinitur.

hinc ergo ortum est prouer bium: ut quoties dicere uolumus nos pudorem deposuis se: dicamus perfricui faciem. hoc est pudorem expuli. Quod Plinius in suo prooemio usurpat ita scribens per- fricui faciem: nec tamen profeci. Diogenes aũt (quod nõ alienum est) uidens adolescentulum rubore perfusum confide ait fili: huiusmodi est uirtutis color. Laertius au ctor libro sexto.

Calliga maximini.

p Rouerbium est apud Iulium Capitolinum. qui ait calciamẽtũ maximini fuisse mai⁹ hoĩs uestigio atq; mẽsura. Vnde uulgo tractum fuit: ut de lon- gis & ineptis hominibus diceretur Calliga maximini.

Gallinaceũ lac facile ibi in uentu est.

a Ntiquũ prouerbiũ ẽ: idem Plinius ĩ præfatiõe ait uelut lactis gallinacei sperare possis ĩ uolumĩe hau stũ: quũ significare uolumus oĩa in aliquo loco re periri: ut dicamus gallinaceũ lac facile ibi in uentu est: quan do nusquam reperitur.

Minime sis Canterium in fossa.

t Itus Liuius de bello punico secundo refet: Claudium Assellum nobilem Romanum equitem ꝑ portis Capuæ cum Iubelio cognomine Taurea eqte campano eum ferotius ad pugnam prouocante congressum esse, qui quum libero spacio inter se ludificantes sine uulnere pugnam extraherent. tunc campanus romano equorum inquit hoc non equitum certamen erit: nisi e cãpo in cauam hanc uiam dimittimus. ibi nullo ad euagandum spacio cõminus conserentur manus. dicto propecitius equum in uiam Claudius duxit. Taurea uerbis ferocior q̃ re: minime: sis inquit canterium in fossa: quæ uox eodem liuio auctore in rusticum inde prouerbium prodita ẽ. de cuius sensu multa traduntur: aliqui. n. legunt Cauterium (sed male ut paulo inferius ostendã) idq; nomen cuiusdam equi fuisse dicunt. qui quum ad mille passus extra Vrbem fere progressus repente defecisset: dominus in fossa supersedit. hincq; prouerbium natum uolunt. Verum hæc mihi parum explorata sunt. referam igitur: quod uero propius esse ducimus: a quo. M. Antonius noster sabellicus uir unicus memoria nostra eloquentissimus: non abhorret. Canterium. n. non cauteriu; scribendum est: idq; pro nota accipitur: qua iumenta signabantur: ut ob hoc homines ab his lacerandis suorum dominorum reuerentia abstinerẽt. ad illud itaq; Taurea alludẽs conspecto Claudio in fossa: ait minime: sis canterium in fossa. quasi dicat quemadmodum canterium admonet: ne in iumenta grassemur, ita tu mihi uice canterii sis. quo in eos uti possum9: quibus ne iniuriam faciam9: suorum dominorum uel quorum uis reuerentia tm̃ abstinemus. Cæterum Canteriũ Columella appellat ferrum ad urendum Idem libro. v. ge

Canterium

nus quoddam iugi ex pticis factum Canterium hisce uerbis uocat: Itaq₃ aut ueteres (ne nouæ radicem agant harũdines) singulis uitibus applicabimus binas: aut si regiõis conditio pmittit: deponemus hastilia. quibus adnectũtur singulæ transuersæ pticæ in unã partem ordinis. qđ genus iugi Canteriũ uocãt rustici. Canterios autem equos Cato atq₃ Varro de re rustica nuncupant. quibus testiculi adem pti sunt.

Hoc manu faciendum est.

q Voties aliquid opera & industria ac difficulter fieri oportere significamus: prouerbialiter dicimus. Hoc manu faciẽdũ est. quod Adagiũ Anneus Seneca Epistola. lii. quum de tribus generibus hominum ad philosophiã se conferentium loquitur: ita scribẽs usurpat: Inuenio qcquid fecit alter: alterius magna pars & difficilior latet quædã ingenia facilia & expedita. quædam manu (ut aiunt) facienda sunt: & ĩ fundamentis suis occupanda.

Iustitia in se uirtutes continet omnis.

i Vstitia in qua uirtutis splendor (ut. M. Tullius ĩ primo officiorum ait) est maximus: sola est. quæ hoĩe₃ perfectũ reddere: q̃ uitæ modũ mortalibus tradere possit. Cuius comites sũt liberalitas: magnificẽtia: pietas: gratitudo: scĩtas: religio: obediẽtia: fides: & legũ mãdatorũq₃ obseruatio: æquitas: bonitas: ueritas. Vnde ortũ prouerbium Iustitia in se uirtutes continet omnis. auctor Aristoteles. qui in moribus inquit Nam præclarissima est omnium uirtutum: & neq₃ hesperus neq₃ lucifer ita admirabilis est. & prouerbio dicere consueuimus: Iustitia in se uirtutes continet omnis.

Maturã sationẽ sæpe decipe solere: serã nũq̃: qn mala sit.

Cicero

T etiam illis qui circa rem rusticam plurimū uer
u santur: æque ac cæteris consulamus: haud siletio
hoc uetus agricolarum adagium prætereundum
esse duxi. quo intelligant: quando sementem facere opor-
teat. quod a Columella his uerbis probe declaratur. qui in
quit Sed quum omnia in agricultura strenue facieda sint:
tū maxime sementis. Vetus est agricolarum prouerbium
maturam sationem sæpe decipere solere: seram nunquā:
quin mala sit.

Tertius e celo cecidit Cato.

Atyrici poetæ uerba sunt ironicos dicta. quæ ab
s eruditis uice prouerbii passim usurpari audio. &
enim duo fuerunt Catones: censorinus uidelicet
& Vticēsis: ambo uirtute insignes: ac sapientissimi. Vnde
fit: quod quum quispiam tam quam illis duobus catonibus simi
lis se cæteris sapientia præstare arbitratur: & uitia corriger
audet: perinde ac uterque Cato īsectatus ē: quū re uera igna
uissimus sit. tunc prouerbialiter dicere quimus tertius e ce
lo (quasi diuinitus) cecidit Cato: quia eos quorum mira
mur uirtutem: de cælo cecidisse credimus. Lactantius
auctor.

Illis ne decimam quidem Syracusanorum adesse.

Yracusas Vrbem siciliæ clarissimam ad mare uer
s sus peloponessum e Corintho dux Archias (au-
ctor Strabo libro Geographiæ sexto) nauigās cō
didit. quæ (ut idem tradit) ad tantas diuitias & opes per
nerunt: ut in prouerbio dissiminaretur: quum de locuple
tibus & sumptuosis incidisset sermo: illis ne decimā quidē
Syracusanorum adesse.

Suo marte facere.

p

Roverbio increbruit. ut quum quispiam pprio ingenio atq industria sine alterius auxilio aliquid efficit: illum dicamus suo marte facere. ut Cicero in officiis libro. iii. qui hanc igitur inquit partem relictã explebim9: nullis adminiculis: (ut dicitur) marte nostro. quod contra illud est.

Non sine Theseo.

q

Vu3 aliquis aliena ope adiutus quippiam efficit: eleganter ac prouerbialiter dicimus: non sine theseo fecit. quoniam perithous nullum sine theseo munus obiuit. Perithous et Theseus.

Multi Manii Ariciæ.

l

Egere est in codice festi pompei uetusto: ex quo epithoma quod passim legit: circumscriptum fuit: Manium consecrasse Dianæ Aricinæ lucum aricinum. quem Suetonius in Iulio Cæsare nemorensem uocat. a quo manio multi & clari orti sunt: & p multos annos fuerunt. Vnde prouerbium uulgatum est: multi manii Ariciæ. q̃ est ciuitas rõæ ppiq̃ ad qd̃ adagiũ clanculũ persius alludens Satyra nouissima dixit: Accedo bouillas cliuum ad uirbi præsto est mihi manius hæres. nam quu3 de cliuo aricino loqueretur: manium potius qua3 aliu3 nõ temere dixit sibi hæredẽ præsto futurum. Sed memor puerbii multi manii Ariciæ: eleganter manium nominauit: tanq̃ nomen apud aricios uulgatissimum quod interpraetes poetæ minime animaduerterũt. manii præterea auctore eodem Festo dicuntur: q mane orti sunt: sicut lucii: q luce. nos ãt h uti adagio possum9. quũ significarẽ ulum9 aliq̃

Lucus Nemorensis.

Manii, Lucii, q

familiā alicubi uulgatissimam esse: & admodum magnam.

Delatores qui non castigat: irritat.

d Omicianus Imperator quum aīaduerteret nullā pestē pestilentiorem: nullaꝫ pniciem pniciosioreꝫ delatoꝝ ueneno esse: eos oēs Vrbe expulit: dictitās (auctor Tranquil.) Prīceps qui delatores nō castigat: irritat. Vox equidē Impatore digna ī oībus prīcipum cubiculis uestibulisqꝫ scribēda: uox aurea: uox oī laudatiōis pconio celebranda. Vnde Martia. ī prīo nō scite magis q̄ uere de delatorib9 dixit: Turba grauis paci placideqꝫ inimica qeti. Quæ sp miseras sollicitabat opes: Tradita getulis. nec cœpit harena nocentes: Et delator habet qđ dabat exiliuꝫ. Exulat ausonia ꝓfug9 delator ab urbe: Impensis uitā prīcipis annumeres. quū prouerbium itaqꝫ dicatur: quasi cōmune omnium uerbuꝫ. quis principum neget hanc uoceꝫ eē prouerbium? quod siquis tamen negabit: Tu Guide Princeps iam adagium fecisti. qui hanc subinde repetens uocē haud quaq̄ minori seueritate q̄ Domicianus huiusmodi pestiferum hominum genus insectaris: & castigas. ꝙ ēt populus tuus dicere potest: Acceptam uitam Guide tibi refero. in qua quidem re ueluti in cæteris: Federicum parētem: mox octauianum patruum tuum pari uirtute imitaris.

Asinus magis stramina optat: q̄ aurum.

g Ræcum prouerbium est : idest asinos magis stramina optare q̄ aurum. quod de iis dicitur: qui quum humiles & rustici sint: peruenerint licet ad diuitias & opes: tamen suam semper naturam sapiunt. Quod flaccus per belle ostendit: ait enim non mutat fortuna genus.

Pedaria Sententia est Caput sine lingua.

S Enatusconsultum auctore gelio aut per rogatio nem fiebat: quum res dubia erat. & tunc rogabatur unusquisque sententiam suam; quam uerbis ferebat. aut per discessionem; hoc est quando aliquis in senatu sentẽtiam non dicebat; sed ab alio dictam comprobabat; mouens se de loco & in partem eius qui dixerat; ambulans. propter quod qui ita faciebat; ire ĩ sententiaȝ pedibus dicebatur. hinc factũ est illud prouerbiũ Caput sine ligua pedaria sententia est; in eos: qui nimium taciturni sunt.

Hic timens Charybdim; incidit in Scyllaȝ.

S Cylla teste Seruio sup tertio æneidos phorci & Creteidos nymphæ filia fuit. hãc amabat Claucus: quẽ Circe diligebat; sed qm̃ ĩ Scyllã pnior erat: irata Circe fõtẽ ĩ quo illa lauabatur; uenenis ĩfecit; ĩ quem quum illa descẽdisset; pube tenus in uarias mutata est formas. horrens itaque suam deformitatem se in mare præcipitauit. Homerus dicit hanc immortale monstrum fuisse: Salustius saxum appellat. cães uero & lupi ex ea nati iccirco finguntur; quia ipsa loca plena sunt monstris marinis; & saxorum asperitas illic imitatur canum latratus. Charybdis autem fœmina fuit uoracissima. quæ quia boues Herculis rapuit; a Ioue fulminata est; & in mare præcipitata. ubi seruat naturam. nam sorbet uniuersa. quæ monstra in mare siculo ita manent: Vergilio dicente dextrum Scylla latus; leuum implicata Charybdis obsidet. ubi difficilem nauigiis faciunt trãsitum; Idem Ver. auctor; Inter utranque uiam læti discrimine paruo: ni teneant cursus: quum igit̃ transeuntes unũ ex his dum uitant; plerunque in alterum ruant. hinc factum est prouerbiũ hic timens Charybdim: incidit in Scyllaȝ.

Charybdis. Scylla. Vergil.

in eum: qui unum formidans periculum in alterum labitur. quod flaccus horatius ita scribens expressit Dum uitant stulti uitia in contraria currunt. de Scylla & Charybdi Seneca epistola. lxxix. affatim itidem refert.

Hylam Vocat.

h Ylas Thyodomantis filius fuit pulchritudinis admirandæ. quem Hercules argonautis comes secum ad libidinem duxisse scribitur. Idem auctore Strabone libro. xii. & Dionysio de situ orbis quum Mysiam argonautæ uenissent: & aquatum ad lacum quendã pergeret: raptus a nymphis dicitur. quod Iuuenalis confirmasse uidetur: quum dixit Et multum quæsitus hylas urnamq; secutus: & ab Hercule adeo quæsitus: q Vergilio dicente in Syleno littus hyla hyla omne sonaret. hinc ortum est prouerbium Hylam uocat: de iis: q obaudiunt.

Suspendio Arbor elligenda.

p Linius in præfatione q non nulli aduersus se scribant: Theophrasti exemplo se ipsum consolatur ait. n. cernimus ẽt aduersus Theophrastũ hominem in eloquentia tantum ut nomen diuinũ inde inuenerit: scripsisse ẽt fœminã: & prouerbium ĩde natum suspendio arborem elligendam: hoc est prorsus desperãdũ eẽ. qñ aduersus doctissimos uiros scribere ẽt mulierculæ p̃sumũt

Sæpe ẽt ẽ olitor ualde opportuna locutus.

n Emo. n. ita feris est moribus: quin aliquãdo faciat aut dicat: quod laudari possit. Vnde antiquissimus ille uersus uice prouerbii celebratus est:

: hoc est Sæpe ẽt est olitor ualde opportuna locutus: auctor Gelius libro secundo capite sexto.

Multæ ſub tegulis cubant noctuæ.

l Yſander lacedæmonius auctore Plutarcho poſtq̃ Athenarum ĩperium cõpoſuerat: quicqd pecunia rum ſuperuacaneũ fuerat: per gylippũ q in ſiciliã ductaret exercitũ: lacedæmoniaꝫ trãſmiſit. Gylippus diſſu tis (ut aiunt) ſaculis nõ mediocrẽ ex ſingulis pecuniã ſub ducens denuo cõſuit: ignorans ineſſe unicuiq; litterulas nu merum ſignificantes. Spartã itaq; ꝑfectus: quũ ea quæ ſub duxerat domi ſubtegulis clam occultaſſet: Saculos Epho ris tradidit: ſigilla commoſtrans. At illi quum recluſiſ ſent. dubitationem rei afferebat: q; argenti numerus dimi nutus erat. Seruus interim Gylippi ueniens factum ſim bolicos indicans dicit multas ſubtegulis cubare noctuas. eo. n. tempore q̃ plurimum athenienſium gr̃a noctuæ nũ mis inſignabãtur. quod uice prouerbii inoleuit. quum ali quid ſubambigue fatemur: ut dicamus Multæ ſub tegu lis cubant noctuæ.

Pſyrice facta ſunt.

p Linius libro. v. capite. xxxi. quum de quibuſdam ĩſulis loquitur: quæ ante Aſiam ſunt: ait incerami co ãt ſinu pſere. ubi hermolaus legit pſyria neutro genere pluratiuo numero ex ſtrabone: dicens igonbilis ue ro ĩſula ceſſit in ꝓuerbium: ut quæ parum magnifice ac p̃ parce fierent: pſyria hoc eſt pſirice facta dicerẽtur.

Vis illum Calamiſtris inurere

c Alamiſtrum auctore Nonio eſt fiſtula breuis. qua calefacta tonſores capillos intorquent. qui quoniam magis quandoque urunt: quam or nent capillos. hinc metaphoricos Cicero in Bruto (ut teſtis eſt etiam Tranquillus in Cæſare) innuens ineptos

Scriptores qui audent attingere Cæsaris comentarios in usturos potius: q̃ decoraturos illius Scripta: inquit Sed tũ uoluit alios habere paratam unde sumerent: qui uellent scribere historiam: ineptis gratum fortasse fecit: qui illa uolũt calamistris inurere. unde nos quum quispiam uel ignarus uel omnio ineptus aliquem laudat: haud inelegnanter dicere possumus prouerbialiter uis illum calamistris inurere.

Corchorus inter olera.

c Orchoruȝ pisciculorum genus quidam esse uolunt. olus autem (ut neminem mediocriter doctum fugit) uile est: hinc igitur græcum prouerbium: κορκορος ἐν λαχανοις: idest Corchorus inter olera contra eos manauit. qui honoribus magnis inhiant: quum ipsi sint nihili.

κόρκορ ὀ ἐν λαχάνοις.

Semper aliquid noui Affert Africa.

i N Africa teste plinio libro: viii. capite. xvi. quuȝ de leonibus loquitur: inopia aquarum ad paucos amnes congregantibus se feris multi formes animalium partus sunt: uarie fœminis cuiusq; generis mares aut ui aut uoluptate miscentes. Vnde uulgatum græciæ dictũ: semper aliquid noui Africam afferre. quod nos prouerbialiter usurpamus: quum alicubi noui semper aliquid esse significare uolumus. & e contra: quum nihil noui esse significamus: haud quaq̃ minus eleganter dicimus nihil noui habet africa.

Fœlix: qui nihil debet.

h Ermolaus barbarus super illud plinianum in septimo Comitem æris alieni atq; litis esse sponsionem: refert Georgium Merulam probare: ut lo-

eo sponsionē legatur miseriam. eundēq; græcum prouerbi
um prætexuisse: quod tale est: fœlix est: qui nihil debet. ꝓ
inde ut miserū esse qui debet: necessum sit. (ut Epigrāma
tarius poeta) Ah miser & demens uiginti litigat annos qſ
quam: cui uinci Gargaliane licet?

Q uæ dubites ne feceris.

I Dem Hermolaus hoc in calce suarum castigatio
num ita scribens prouerbium facit: sed etiam tu
tum esset, uel prouerbio dicente quæ dubites ne
feceris.

Res est in cardine.

c Ardines quandocūq; polos idest uertices signifi
cant: dicti a similitudine eorum cardinū circa quos
ualuæ uoluuntur: Vergilius foribus cardo stride
bat ahenis: ꝗ sint quasi ianuæ Cor. cardo ēt pro opportuni
tate accipitur: (ut Idē Vergilius) haud tanto cessabit car
dine rerum. unde Seruius prouerbium tractum existimat
res est in cardine: hoc est in articulo.

Nasum Rhinocerotis habent.

r Hinoceros animal est unū ī nare habens cornu:
quod subinde attritum cautibus in mucronē acu
it. Vnde prouerbium est: nasum rhinocerotis ha
bent: de iis: qui ad similitudinem cornu rhinocerotis nasū
longum habētes facile quēuis irrident. quod homies quo
longiore naso sunt: eo maiores ronchos edant. auctor Mar
tialis: ait. n. maiores nunquam ronchi iuuenesq; senesq;.
Et pueri nasum rhinocerotis habent.

Omni pede standum est.

a Ntiquū est prouerbiū oī pede standum ē. significat
.n. nō eē trepidādū: minimeq; cedendum: sed oī ope

atq; conatu ambobus subnixis pedibus standum esse.

Turdus e transenna lumbricum petit.

p Lautus i bacchidibus ita prouerbialiter loquitur: Nūc e trāsēna hic turd9 lūbricu3 petit. qđ ide ada giū ortū uidetur. trāsenna. n. teste Seruio sup. v. æneidos. extentū fune3 significat. & qm̄ ex fune laquei itenduntur feris & auibus capiundis: iō transenna pōitur ꝓ decipulo & laqueo ad decipiēdū cōcinato. si eidem Plauto credimus: q ī rudente ait o gryppe gryppe i ætate hoīum plurimæ sunt trāsennæ: ubi decipiunt dolis. atq; edepol in eas plerunq; esca imponitur: quam siquis auidus poscit escā: auariter de cipitur. in transenna auaritia sua. & quia turdus niuali ꝑser tī tempore fame affectus e transenna hoc est laqueo lūbri cū petens facile capitur. hinc prouerbio locū dedit: in eos: q īmensa habēdi cupiditate affecti: nimiumq; auidi oīs discri minis īmemores ob q̄uis paruæ rei aquirendæ causam se se perinde periculis temere exponunt: ut de iis eleganter di camus: turdus e transenna lūbricum petit.

Hic terræ filius est.

u Ete res eum terræ filium appellare consueuerant: qui nullis maioribus ortus ignoto genere obscu roq; uideretur. ut Lactantius firmianus li. diuina rum insti. primo capite. xi. his uerbis testatur minuti9 fœ lix ī eo libro qui octauius inscribitur: sic argumentatus est: Saturnum quum fugatus esset a filio: ī Italiamq; uenisset: cæli filium dictum. ꝙ soleamus eos quorum uirtutē mira mur: aut eos qui repente aduenerint: de cælo cecidisse dice re. Terræ autem: ꝙ ignotis parētibus natos terræ filios no minemus. cui sententiæ astipulatur Cicero primo epistola rum uolumine ad Atticum ita scribens: Sed hæc ad te scri

bam alias subtilius: nam neq; adhuc mihi satis nota sunt: & huic terræ filio nescio cui cōmittere epistolam tantis de rebus non audeo. & idem in epistola ad trebatiuз ait. Cn. Octauius an. Cn. Cornelius quidem tuus familiaris summo genere natus terræ filius: hæc ille: gigantes hac quoq; ratione terræ filii auctore Ouidio in metamorphoseos libris dicti sunt. ad quod illud satyricum. Vnde fit ut malim fraterculus esse gigantis: referendū est. Nam quum senectus in nobilitate par prodigio esset: sæuientibus in eam romanis principibus: Vmbricius merito ait se malle fraterculum esse gigantis: hoc est terræ filium: quod obscurum (ut ostendimus) significat: q̄ nobilem patricium. Vbi interp̄tes oīo hallucinantur. nos igitur quum uolumus significare quempiam obscuro genere ortum: prouerbialiter dicere possumus, hic terræ filius est.

Hic quinta natus est luna.

u Ergilius auctore Plinio li. xviii. cap. xxxii. ī numeros lunæ quædam digerāda putauit democriti secutus ostentationem. Vnde ī prio geor. ait Quītam fuge: pallidus orcus Eumenidesq; satæ: tū partu terra nefando Coeumq; Iapetūq; creat: sæuumq; typhoea: Et cō iuratos cælum rescindere fratres. qui quoniam numerus teste Seruio mineruæ consecratus est: quam sterilem esse constat: hinc ueteri superstitione creditum est: quicq̄d quīta luna nasceretur: sterile atq; dānosum fore. ex quo factū est prouerbium hic quinta natus est luna: quum significare uolumus aliquem ignauū & inutileз esse. quippe qui tā quam ager sterilis nihil ferat: quod sibi aut aliis pro-

desse possit. queãdmodũ faciunt illi: q qnta luna nascunt.

Plus apđ cãpanos unguẽti: q̃ apđ cæteros olei fit.

h Oc ꝓuerbium quoniã a Pli. li. xviii. ca. xi. pspicue demõstratur: eius iõ uerba subscribẽda atq; legentiũ oculis subiicienda duxi. q̃ sunt hæc. In cãpania tñ laudatissimus cãpus ẽ: mõtibus subiacet nimbosis totis quidem. xl milibus passuũ planicie. gratia terræ eius: ut ꝓtinus soli dicatur puluerea sũma: ĩferior bibula: & pumicis fistulans uice. mõtium quoq; culpa ĩ bonũ cedit: crebros .n. hymbres pcolat: atq; trãsmittit. nec dilui aut madere uoluit pp facilitatem culturæ: Eadẽ accæptũ humorem nullis fontibus reddit: sed temperat: & cõcoquens intra se uice fusi continet. seritur toto anno: panico semel: bis farre: & tamen uere segetes quæ interquieuere: fundunt rosam: odoratiorem satiua: a deo terra non cessat parere. Vnde uulgo dictum: plus apud campanos unguẽti: q̃ apud cæteros olei fieri. plinius hactenus: ubi nota: unguentum a plinio non (ut uulgus existimat) tenax illa cõpositio: qua Chirurgi utũtur ad uulnera curanda: sed commixtio appellatur diuersorum odorum: addito oleo: aut balsamo: aut aliquo pĩgui ad ungenda corpora deliciarum & luxuriæ causa inuenta. nos igitur hoc adagio uti possumus: quum significamus aliqua loca ob optimã soli & aeris narurã deliciarum plena esse. ut est circa pæstum in agro brutio. de quo Vergilius biferiq; rosaria pesti. quod a græcis posidonia dictum est.

Toto erras cælo.

h Oc prouerbium de iis dicitur. qui deuii & errãtes nusq̃ cõsistere queũt: ueluti quædam sydera. quæ totum pererrãt cælũ discurrentia. Sed in eos potissimum usurpare possumus qui quum sibi minime con

stent: hallucinari & claudicare in aliquã re explicanda uidẽ-
tur. ut ignari interpraetes poetarũ faciunt.

Extremis digitis attingere.

Liquem extremis digitis idest extrema parte digi
a torum qppiaʒ attigere,puerbialiter dicimus: quũ
leuiter tãgit: & quasi p̄libat. Sed quũ nõ nulli q(
ut Cic. in prío de finib9 bono. & malo. docet) blãditiis p̄-
sentiũ uoluptatũ deliniti atq; corrupti quos dolores: q̄s mo
lestias excepturi sint: occecati cupiditate quã (ut Sene. ait)
q uĩcit fortior ẽ: q̃ qui hostẽ subiicit: nõ,puident: nimium
uoluptati moreʒ gerant: & totã adolescẽtiã illi tribuãt. de q̃
ĩtra suos fines cõtinenda ita Tul. in oratiõe,p Marco Cælio
p̄cipit: scribens detur aliquid ætati: sit adolescentia liberior:
nõ oĩa uoluptatibus denegentur. nõ semp superet uera illa
& directa rõ. uincat aliqñ cupiditas uoluptasq; ratiõem: dũ
mõ illa hoc genere p̄scriptio moderatioq; teneatur. parcat
iuuentus pudicitiæ suæ: ne spoliet aliena: ne effundat patri
moniuʒ: ne fœnore trucidetur: ne incurrat in alteri9 domũ
atq; famã: ne ,pbrum castis: labeʒ integris: infamiã bonis ĩ
ferat. ne quẽ interimat: nec ĩtersit insidiis: scelere careat.
Hinc igitur idem Cice. ĩ eadem oratione hoc,puerbio decẽ
ter utitur sic dicens Equidẽ multos & uidi ĩ hac ciuitate &
audiui: non mõ qui primorib9 labris gustassent hoc gen9
uitæ: & extremis (ut dicitur) digitis attigissent. sed &cet.

Olera olla legit.

Lera olla legit: prouerbiuʒ est in adulteros mecha
o rum. ac turpes puerorum,pedicones. significat ãt
q; ut olla quæ Marcello & Varrone testibus uas ẽ
capacissimum: colligit & compræhẽdit olera: sic mech9 me
chas colligit & captat. & Velut olera ollæ conueniunt: ita

Catullus

mecho adulteria conueniunt. quod Catullus in Cæſarem. decenter uſurpat: ſic ſcribens Mentula mechatur: mechatur mētula certe: Hoc eſt: qđ dicunt ipſa olera olla legit.

Oculus domini in agro fertiliſſimus eſt.

q Vum (ut Plinius eſt auctor libro decimo octauo capite ſexto) agrorum cultura opera: & nō ipenſa cōſtet. ut unicum. C. furii Creſini exemplum docet: qui quum e ſeruitute liberatus in paruo admoduꝫ agello largiores multo fructus perciperet: q̄ ex ampliſſimis uicinitas: in inuidia magna erat: ceu fruges alienas pelliceret ueneficiis. Quamobrem a. Sp. Albino curruli die dicta: metuens damnationem quum in ſuffragium tribus oporteret ire: inſtrumentum ruſticum omne. in forum attulit: & adduxit filiam ualidam atqꝫ (ut piſo ait) bene curatam: ueſtitam: ferramenta ægregie facta: graues ligones: uomeres ponderoſos: boues ſaturos. poſtea dixit: ueneficia mea quirites hæc ſunt. nec poſſum uobis lucubratiōes: uigilias: ſudores: referre. ſic omnium ſententiis abſolutus. hæc ex Plinio: ideo præceptum eſt ab iis: qui de agricultura ſcripſerunt: ꝙ dominus crebro ſuos agros uiſat: procuret: nihil ſero in agro fiat. ita enim fœcundiores multo redduntur agri: contra ſi dn̄s non uiſerit: breui ſterileſcūt. Vnde antiquum prouerbium ortum: Oculus domini in agro fertiliſſimus eſt: & a ſcriptoribus ſæpe repetitum. Nā Ariſtoteles libro Economicorum Perſa rogatus inquit quid equum pinguem faceret: Oculus domini reſpondit. quod idem a ſtabulario quodam dictum Plutarchus de liberis educandis prodit. Lybicus itidem Nero percunctāte quodam quod ſterquilinium agro optimum foret: domini inquit ueſtigia. Columella quoque libro ſexto capite decimo

nono ait oculum & uestigia domini saluberrima. idem Plinius de hoc similiter meminit. quod ꝓfecto nil aliud significat: nisi ꝙ nos ipsi res nostras curare debeamus: & illud quod Gelius refert nequid amicos spectes: quod tu per te agere possis: efficiamus. ita. n. noster oculus res nostras augebit. præsertim quum difficilis sit rerum alienarum cura: auctor Cicero in officiis.

Planus semel crura fregit.

hOratius libro epistolarum primo īquit Nec semel irrisus triuiis attollere curat fracto crure planum: ubi planum uetus uerbum quod non perpaucos alioqui eruditos fefellit: opinantes nomen esse adiectiuum contra metricam rationem: nam prima in substantiuo corripitur: (ut poeta posuit) in adiectiuo producitur: accipitur pro scurra & sycophāta. sicuti Cicero & Laberius acceperunt. qui solebat multos sic fallere: in quorum uehicula quum uoluisset tolli: ut fingeret se crus fregisse. qui quum postea uere fregisset: & idem rogasset: non est ei creditum. Vnde auctore Porphyrione: natum est prouerbium: planus semel crura fregit. (quia non amplius fides sibi adhibita est) in eos: quibus quum falsis rebus omnia fidei argumenta consumpserint: nemo tam & si uera dicentibus credit. quod proprie mendacis uel mentientis (ut Aristoteles dicere solebat) præmium est. qui teste Diogene Laertio libro quinto quum interrogatus esset: quid nā mendaces lucrarentur: ut quum uera inquit dixerint: non illis credatur.

Multa Syrorum olera.

qVoniā Pli. li. xxi. natur. histo. hoc ꝓuerbiū refert. ut meli⁹ ītelligat: eius uerba ponā. q̄ sunt hæc. Orphe⁹

amatoriũ inesse staphilino dixit: fortassis qm̃ ueñerẽ stimulari hoc cibo certũ est. Ideo conceptus adiuuari aliqui prodiderũt. ad reliqua & satiua pollet: Efficatior tñ siluestris: magisq̃ i petrosis nata. Semẽ satiuæ quoque contra scorpionum ictus ex uino salutare est. radice eius circunscalpti dentes dolore liberãtur. Syria i hortis oposissima. ide quoq̃ ẽ puerbium græcis: multa syrorum olera. Plinius hactenus: nos autem hoc adagio i eos uti possumus. apud quos uel olerũ uel alicui9 alius rei magna uis est.

Lapidem mordere.

c Anis auctore Plinio libro octauo animal q̃q̃ fidelissimũ (ut multis constat exemplis) syrio tñ maxime ardente in rabiem homini pestiferam uertitur: Verum etiam citra rabiem lætiferam. perinde quandoq̃ in homines sæuit: ut proiectos lapides mordicus capiat (est enim animal pronum in iram): Vnde deductum est prouerbium lapidẽ mordere. quo i eos uti possum9 qui more canũ sæuiunt: & ꝓpemodũ i rabiẽ feruntur. q uoꝝ uerba caniа dñr: dicente Ouidio in Ibin. Iactat & in toto uerba canía foro. sed quoniam huiuscemodi hoíes ꝓ sũmo negocio habent morder̃. i. carpere hũc & illũ. sub specie errata corrigẽdi. iure equidẽ eoꝝ eloquẽtia (si qua ẽ) puerbialiter canía appellari p̃t. q̃ pinde hoc tpe uiget: q̃ nõnulloꝝ demortuoꝝ scriptoꝝ manes nomẽ quoꝝ sine honoris præfatiõe noíari nõ debet: eius acri morsu lacerati nusq̃ quiescere possunt.

Sapientia uino obumbratur.

u Inum quo nõ est aliud qcq̃ uirib9 corporis utili9 modice sũpto: nec aliud uoluptatib9 pnitiosi9: si modus absit. hoís mẽtẽ mutat: furorem gignit: ita breui ipsum sapientẽ ei9 dulcedíe captũ ísanire cogit:

Plini.
quum siquidem ebrietas (ut Cato aiebat) nil aliud sit: q̃ insania uoluntaria. Unde ortũ est ꝓuerbiũ: sapiã uio obumbrari: auctore plinio libro. xxiii. capi. ii. ita scribente uinũ ieiunos bibere nouitio inuento inutilissimũ ẽ. curas uigoremq; animi impedit ad ꝓcinctũ tendentib⁹ somno uero accõmodatum ac securitatibus. itaq; dudũ hoc fuit: quod homerica illa Helena ante cibum ministrauit. Sic quoq; in ꝓuerbiũ cessit: Sapientiam uino obrũbrari. hæc ille: qđ mehercule uerius uero esse: Magni Alexãdri dũtaxat exẽplum cõprobat: non ne ille Rex sapientissimus erat? ut ei⁹ rerꝫ gestarum gloria ꝑspicue testatur. Verum illum nihil ĩpendio dehonestauit: q̃ uini pestifera auiditas. quippe qui quum hostes semꝑ uicisset: a uino peride uictus est: quod nõ nullos ĩtemulentia amicos ĩteremerit. ex quo (ut idem Pli. li. xiiii. est auctor) Androcides sapientia clarus ad me scripsit intemperãtiam eius cohibens. Vinum potaturus Rex memento te bibere sãguinem terræ cicuta homini uenenũ est: Cicutæ uinum: hactenus androcides: nec me fugit: q; quidam hunc locum sic perperam legunt: Sicuti uenenum est homini cicuta: ita & uinum. quod oĩum prim⁹ policianus monstrauit. nos autẽ hoc adagio in eos uti possumus: qui uino ingurgitati penitus discipiunt.

Helena illa homerica

Magni Alexander victus a uino.

Plinius

Androcides de uini malo.

Polittianus

Fortitudo in neruum erumpit.

a Solent sagittarii ĩmoderate plerunq; oẽs uires adducendo: dum arcũ tendunt: nõ telum incitare: sed neruũ rũpere forti⁹ ferire uolentes. a quibus (auctor Dona.) natũ est ꝓuerbiũ fortitudo ĩ neruũ erũpit: ĩ eos. q nimiũ suis freti uirib⁹ suscepto oneri succũbũt. ita. n. hoĩbus fortitudĩe nimia sæpe uĩci: sæpe decipi cõtigit queãdmodũ apđ Gelium li. xiiii. cap. xvi. & Iuuenalẽ Sa-

ty.x.miloni crotõiensi athletæ illustri ĩdiducẽda q̃reu acci disse legim9. possum9 ẽt fortitudinẽ ĩ neruũ erũpere ĩtelli gere ex cõsuetudine romana: qa sæpe ĩ neruũ coniiciebãtur ex aliquo maleficio ĩ carcerẽ missi. ĩ quo significato (ut idem Donatus sẽtire uidet̃) terentius ĩ phormiõe usurpauit scri bens: Verũ hoc sæpe phormio uereor ne ista fortitudo in neruũ erũpat denique.

Venti gaudia ferunt.

h Oc uetus adagiũ uẽtĩ gaudia ferũt: ĩ eos usurpare pos sumus: qui incassũ lætãtur. quo Vergilius in.x.æneidos teste seruio his uerbis usus est: nec ferre uidet sua gaudia uentos. & alibi: Sꝫ auræ oĩa discerpũt: item partem mẽ te dedit: ptim uolucres dispersit in auras.

Ex unguibus amare.

e X unguib9 amare est pia q̃dã charitate & q̃si ab ineunte ætate amorem gerere. beniuolentia. n. eo præstãtior est: quo uetustior. Vnde ĩ ꝓuerbium cessit: teste Plutarcho de liberis educãdis ex unguibus amare. q oportet ĩ quit ut mihi ꝓfecto uidetur: ut matres filios educent: eisqꝫ ubera porrigant: quoniam maiori cũ charitate & impensa magis diligentia nutrient: ut q̃ natos ex ĩtimo & (ut dici solet) ex unguibus ament.

Ad frugem bonam se recipere.

q Vum nemo (ut lactantius inqt) in uitia pronus non sit: sapientis profecto uiri est: a cognito errorẽ discedere: & sese intutuꝫ ħ est ad meliorem uitam recipere. Vnde Seneca de moribus ait bona cõsuetudo excuterẽ debet: qđ mala ĩstruxit. & alibi grauis animi poena est: quem post factũ poenitet. Hic igit̃ ꝓuerbiuꝫ fluxit ad frugeꝫ bonã se recipere. qđ M. Tulius ĩ oratiõe ꝓ M. Cælio ita scribẽs usurpat: Sed q totã adolescentiaꝫ uoluptatib9 dedisset: emersisse aliquãdo: & se ad frugẽ bonaꝫ (ut dr̃) recepisse. grauisqꝫ

hoĩes atq; illustris fuisse.

Stultuȝ est uia deficiente uiaticũ quærere.

u Iaticũ appellat̃. quicqd ad iter faciũdũ necessariuȝ ẽ. qđ exacto iam itinere nõ est op⁹ pare. Vnde factũ ꝓuerbiuȝ stultũ est: uia deficiente uiaticũ q̃rere: in auaros Senes. q quo seniores sũt: eo plus cupiunt. quoꝝ auaritia merito mõstro similis dr̃: quo Seneca de moribus utit̃ dicens Quid. n. stultius est. (qđ dici solet) q̃ uia deficiente uiaticũ quærere aut augere.

Homo frugi oĩa recte facit.

ſ Vnt homines frugi. q̃s græci uocãt: q ĩ oĩ re motibus aĩ moderãtur. & moderatã noſcũt seruare cõstãtiaȝ. Ex quo uice ꝓuerbii uulgatũ est: Hõiẽ frugi oĩa recte facere: dicẽte Cice. li. iiii tusculanaꝝ frugalitas nomẽ tãq̃ ad caput referre uolum⁹. ꝙ nisi eo nomĩe uirtutes cõtinerentur: nũq̃ illud tã p uulgatũ eẽt: ut iã ꝓuerbii locũ obtineret: Hõines frugi oĩa recte facere & Quĩt. ĩ qnto proprium est inquit boni recte facere.

Homo factus ad unguem.

h Omo fcũs a ungueȝ ꝓuerbĩaliter dicitur ad pfectioneȝ. est. n. trãslatõ a marmorariis. q lapidũ iuncturas unguib⁹ ꝓbãt: hic Hora. ait ad ungueȝ fact⁹ hõ. i. oĩ ex parte pfect⁹: & Tul. li. vii. episto. familiarium ad Gallũ Vrgeo gitur transuersum unguem (quod aiunt) a stilo.

Phrygem pla gis fieri solere meliorem.

c Ice. ĩ oratiõe ꝓ lucio flac. refutãs asiaticos testes tã q̃ turpissios & ĩfães miniẽq; fidos: ait asia uestra cõstat ex phrygia: mysia: caria: lydia. utꝝ igr̃ nr̃ȝ ẽ an urũȝ h ꝓuerbiũ: phrygẽ plagis fieri soler̃ meliorẽ: ĩnuẽs hmõi hoĩes nulla re æq̃ corrigi posse: q̃ uerberib⁹ qpe q plagis digni sũt. qđ

in eos usurpar possum9. qui nisi uapulent: nunq̄ emendāt.

Qui in oī re: atq; oī tempore omni laude uacatus illaudatus est: isq; omnium pessimus deterrimusq; est.

q Voniam nemo qsq̄ tam afflictis ē moribus: quin faciat aut dicat nōnūq̄ aliqd: quod laudari queat. Inde hic antiquissimus uersus auctore Macrobio ibro Sat. vi. uice prouerbii celebratus est. Sed. n. qui i omni re atq; in omni tēpore omni laude uacatus: illaudatus ē. isq; omnium pessimus deterrimusq; ē. Vbi illaudatus (attende) fere ē: ac si diceretur: nūq̄ nominādus. laudare. n. prisca lingua significat nominare: appellareq;. Vnde Maro peritissime ait Quis aut Eurysthea durū: aut illaudati nescit busiridis aras: auctor ēt Gelius.

Hic duos parietes de eadem fidelia dealbat.

m Arcus Curius ad Ciceronem scribens Sed Amice magne inquit noli hanc Epistolam Attico ostēdere: sine eum errare: & putare me bonū uirum esse: nec solere duos parietes de eadē fidelia dealbare. p quæ uerba prouerbialiter dicta Curius per iocuz significat se solere idem duobus ꝓmittere: sicut qui uno colore duos muros dealbat. fidelia autem auctore Marcello samiū uas ē ad usus plurimos: plautus ī Aulularia mulsi congialem plenā faciam tibi fideliam: & persius Satyra iii. disce: neq; inuideas: qđ multa fidelia putet. hoc aūt loco fidelia pro coloꝝ uase accipit. nos itidē hac ꝓuerbiali ellocutiōe Hic duos pietes de eadem fidelia đalbat: ī eū uti possum9 q idē duob9 pluribus ueꝓmitit. Qđ dedi datuz nollē. qđ reliquū ē nō dabo.

q Vū ī eū noua nō sint beneficia cōferenda: (ut Cicero docet) qui ueterum īmemor est: hinc celebre prouerbium tēste plauto in Cistellaria factum est, ubi inquit

Macrobijus
Illaudat9 est.
Fidelia vas.
Plaut9.
Persi9.

inter nouam rem uerbum usurpabo uetus: quod dedi: datum non uellem: quod reliquum est: non dabo. quo monemur: ut in eos beneficia conferre non amplius debeamus: in quos prima male collata cognoscimus.

Nullum cibi genus saccaro non conditur.

s Accaron nihil aliud est: q̃ mel in arundinibus collectũ: gumiũ modo candidum ac fragile. mittebat hoc quõdam Arabia & India: usus$q_{;}$ eius tantum in medicina erat. Nunc passim ẽt reperitur non medicinæ modo sed cibis omnis generis expetitum. ita ut locum prouerbio dederit. quod de his dicit̃. q̃ multis rebus usui sunt.

Fallacia alia aliam trudit.

t Erentii in Andria uerba sunt teste Donato prouerbialiter dicta. est illud quoq; simile Clauus clauo truditur: & dies die. significat enim hoc adagium ꝙ dolus bene dolo detruditur: hoc est ꝙ homines insidias aliis molientes: merito ipsi dolis præueniuntur. cui subiacet illud quod alibi rettulimus: mẽdacẽ oportet esse memorẽ.

Gladiator in harena Consilium capit.

g Ladiatori in harenam ad pugnandum exeuuti nihil præmenditatii ictus prosunt. sed potius aduersarii uultus & mota manus aliquid etiã corporis iclinatio intuentem monent. Vnde prouerbiũ nascitur Gladiator in harena consilium capit. quo significatur in re præsenti esse consultãdũ. &. n. in plerisq; rebus pmeditatũ consiliũ subitæ rei casus irritũ facit. pinde Vrbanissimus poeta uerissime ait o quantũ est subitis casibus ingeniũ. quod decẽter Seneca epistola. xxii. usurpat.

Hic Caput digito scalpit.

s Eneca epistola. lii. ait omnia rerũ omniũ si obseruet:

Terenti[us]

Clauus clauo trudit[ur] et Dies die trudit[ur]. Dolus bene dolo detrudit[ur]. Mendacem oportet esse memorem.

o quantum est subitis casib[us] ingenium

indicia sunt: & argumentum morum ex minimis quoq; licet capere. Inpudicum & incessus ostendit & manus mota: & unum interdum responsum: & relatus ad caput digitus: & flexus oculorum. Improbum interdum risus: insanum uultus habitusq; demonstrat: hæc ille: Vnde quum uolumus quempiam taxare: q mollis & impudicus sit. Symbolicos & prouerbialiter dicim9: Hic Caput digito scalpit: quod decenter Iuuenalis Satyra nona ita scribens usurpauit: Qui digito scalpunt uno caput. hoc idem (ut Ammianus Marcellinus lib. xvii. est testis) pompei obtrectatores in eo ludibriosum & irritum obseruarunt.

Si Claudo uicin9 habitaueris: & ipe Claud9 ābulare disces.

h Oc uetus est Adagium: & a Plutarcho de liberis educandis his uerbis eleganter usurpatur. Haud est inquit ab re illud usitatum sermone prouerbium: Si claudo uicinus habitaueris: & ipse claudus ambulare disces. quod illud ferme significat: quod Seneca ait sū muntur a cōuersationibus mores. & Ide3 epistola septima malignus comes q̄uis candido & simplici rubiginem suam affricuit: & alibi alter alterum in uitia trudimus. & Iuuenalis saty. Secunda Vuaq; conspecta liuorem ducit ab uua.

Posterioris cogitatiōis & sapientiæ plenæ sūt Dom9.

h Oc prouerbio significatur: q post rerum euentū omnes facile sapientes sunt: quod. M. Tullius in xii. philippica ita scribens affirmat: posteriores. n. cogitationes (ut aiunt) sapientiores solent esse. Verum id par3 prodest. sæpe. n. sero (ut dicitur) sapiunt phryges.

Taurū tollere potest: qui uitulum substulerit.

a Pud Petronium arbitrū Quartilla ita loquitur: Iunonē meam iratā habeā: si unq̄ meminerim uirginē

fuisse. Nam īfans cū paribus inquinata sū: & subinde prodeuntibus annis maioribus me pueris applicui: donec ad hāc ætatē pueni. Hic natū puerbiū (ut Politiāo placet) qđ dr̄ posse taurū tollere: q uitulū substulerit. significat āt ꝙ q a teneris ānis aliquid egerit: eo (ut ipsa poscit mox ætas) iā adultus facile qppiā maius efficere poterit. Vbi ꝙ Quartilla Iunonē suam dixit: id scitu dignum ē. Seneca. n. epistola tertia libri. xix. ita tantum ait hoc seponas uolo: ut memineris maiores nr̄os q crediderūt stoicos fuisse: singulis enī & geniū & iunonē dederūt. & Pli. li. ii. cap. vii. quū singuli quoq ex semetipsis totidem deos faciāt. Vnde Iuue. Saty. secūda repræhendēs ꝙ minister nō p geniū: sed p iunonem domini iuraret: uidelicet more muliebri: scribit Et per iunonem iurante ministro. Extremus actus abest.

C Omœdia auctore Donato quiq; actibus absoluitur. quo fit si unus deesset actus: fabula īperfecta foret. Vnde ī prouerbiū exiit. ut abesse extremū actū diceret: quū res īperfecta esset. e cōuerso non minus prouerbialiter dici pōt Extrem⁹ act⁹ nō abest. quū res cōsumata eē significat. qđ Cicero ī secūda philippica his uerbis usurpasse uidet: Et si me⁹ stilus ille fuisset: (ut dicit) mihi erede nō solū unum actū: sed totā fabulam cōfecissē. & alibi extremum inqt actū ab inerti poeta esse neglectū. Extremus actus nō abest.

Sisypheum portas Saxū.

S Isyph⁹ æoli fili⁹ istmū h̄ ē stricturā illā terr̄ q̄ īter duo maria ioniū & Aegeū cōsistit: latrociniis occupauit. ita ut Autholiā Autholii filiā Laertæ despōsatā quū ad maritum duceretur: uel (ut qdā uolunt) quū ad oraculū Apollinis cōsultura proficisceretur: īsidiis cœperit: atque grauidauerit, ex qua (ut multi credunt) tunc Vlyxes na- Vlyxes quō natus.

tus ē. quod illi Aiax apud ouidium libro. xiii. Metamor. exprobrat. tandem occisus Sisyphus a Theseo apud inferos hac pœna afficitur. ut grande saxum supra montem portare conatus: quum ad apicem deduxerit: continuo ad ima relaxetur. dicente Ouidio ī prænotato libro Aut petis: aut urges rediturum sisyphe saxum. & Seneca in Hercule furente Ceruice saxum grande sisyphea iacet. Horatius itidem in secundo Carminum Damnatusq; longi Sisyphus Aeolides laboris. Vnde quum aliquem in extricabili labore afflictum esse innuerē uolumus: prouerbii loco dicimus Sisypheum portas saxum. ad hoc & illud Terentianum ī Eunucho iam diu hoc saxum uoluis: usurpamus. ut in diuitem auarum dici potest eleganter. Hic tantalea laborat siti: qui ideo aurum sitit: quoniam eo maxime abundat. Et n. (ut Horatius ait) crescentē sequitur cura pecuniaȝ. quēadmodum Tātalus apud inferos ī lympidissima q̄uis diuersetur aqua: siti tamen perpetua afficitur: uelut etiam in eū qui in magna copia inopia laborat: hoc propertianum insanus medio flumine quæris aquam: loco prouerbii usurpare quimus.

Fortes fortuna adiuuat.

Solet prelunq; pericula atq; labores rei. pu. causa magno elatoq; animo (id. n. proprie fortis uiri ē: ut. M. Tullius in officiorum primo docet) subeuntibus fortuna quæ a Lactantio libro diuinarum instit. tertio accidentium rerum subitus atq; inopinatus diffinitur euentus: fauere. ut Horatio Coclitii: ut. C. Claudio Neroni: ut Scipioni Africam oppugnanti: ut plerisq; aliis Romanorum imperatoribus contigisse legimus. Vnde uet⁹ ortum ē p̄uerbium fortes fortuna adiuuat. ut testis

Sisypheū portas saxum
Diu h. voluis saxū
Hic tantalea laborat siti.
Tantalus ap inferos.
Medio flumine qris aqm.
Fortis uiri qd pprie.
Fortuna qd.
Ouidius
Horati
Terenti
Horati
Cicero
Lactant

est Cicero in primo tusculenarum qui ita scribit: fortes eni non modo fortuna adiuuat: (ut est in uetere prouerbio) sed multo magis ratio. quæ quibusdam quasi præceptis confirmat uim fortitudinis. ad quod poetam in decimo æneidos respexisse facile affirmare ausim: ubi ait Audentes fortuna iuuat. usurpat Terentius etiam in phormione dicens fortis fortuna adiuuat.

Cicero

Fortes fortuna potissimum adiuuat.

Audentes fortuna iuuat

Fortis fortuna adiuuat.

A uertice usq; ad calcem.

u Ertex siue uortex est quicquid uentorum rotatione effracta item contorta in se aqua uertitur: uel aliud simile. Vnde teste Fabio libro octauo orat. institutionum: pars summa capitis propter flexum capillorum dicitur uertex. (ut etiam Capro grammatico placet) qui ait uortex fluminis est: uertex uero capitis. Ex quo natum est hoc prouerbium: a uertice usque ad calcem. (calx enim postrema pars pedis est) hoc est a principio usque ad finem. illud quoque (haud eni ualde ab hoc discrepat) non minus prouetbialitet Flaccus expressit in primo sermonum Satyra tertia ita scribens: Si collibuisset ab ouo usque ad mala citaret. hoc est a principio cœnæ usque ad finem. nam ouum initium cœnæ erat: poma autem in fine ponebantur: idest in secundis mensis. quæ bellaria uocitantur. Acron & Porphyrio auctores.

Ab ouo usq; ad mala

Discendum est: q diu uiuas.

h Oc prouerbialiter usurpatur a Seneca in Epistola libri decimi sexta ad Lucillium dicente tam diu discendum est: q̄ diu nescias. & si prouerbio credimus: q̄ diu uiuas. quo in totum præcipitur: litteris esse in

cumbendum. quum ad id uix tota ætas satis sit.

Sirenum cantu demulceris.

S Irenes uidelicet parthenope: leucosia: ligia Acheloi flumis & Calliopes musæ filiæ fuerunt. hæ insulas quasdã iuxta pelorum inter Siciliã & Italiam teste Ouidio libro decimo qnarto metamorphoseos habitarunt. harum una auctore Seruio super quinto æneidos uoce: altera tibiis: alia lyra canebat. Sed tanta dulcedĩe cantus transeuntes nautas afficiebant: ut sopirentur. quos statim sopitos submergebant. Quare Vlixes illac transiturus a Circe admonitus sociorum aures cæra obturauit. dicente Iuuenale affigit cæras illa de naue petitas. quæ siculos cantus effugit remige surdo. Et seneca ad Lucillium epistola trigesima prima idem testificante: & ipse se ad nauis malum ligari iussit: & sic illesus transiuit. Ex quo iam uice prouerbii uulgatum est: Sirenum cantu demulceris: ĩ eũ: qui saluti uoluptatem præponit. auctore Fabio in quinto: ubi qui argumenta inquit uelut horrida & confragosa uitantes amœnioribus locis desident: neq; aliter q̃ ii: qui traduntur a poetis gustu cuiusdam apud lotophagos graminis & Sirenum cantu deliniti uoluptatem saluti ꝑtulisse.

Aequalem tibi mulierem inquire.

U Etus est & (ut ita dicam) aureum prouerbium. quo Plutarchus de liberis educandis decenter utitur: hoc pacto scribens. Eas autem despondere filiis uxores conuenit. quæ nec multo nobiliores: nec ditiores sint. Sapientia refertum utique prouerbium: Aequalem tibi mulierem inquire. Significat autem ꝙ unusquisq; sibi coniugem genere parem: amicosque pares quærere &

Sirenes

Ouidi

Iuuenalis.

Seneca.

Fabius.

Lotophagi populi

Ouidij parare debeat. Vnde Deyanira adud Ouidium in Epistolis præcipit: Si qua uoles apte nubere: nube pari. & idē Naso in quarto de tristibus: Viue tibi: & longe nomia magna fuge. Viue tibi: quantūq; potes prælustria uita. Sæuū prælustri fulmen ab arce uenit. Nam quāquam soli possunt ꝓdesse potentes. Non prosunt potius: plurimum obesse solent. Et paulo inferius in eundem sensum ait Crede mihi: bene qui latuit: bene uixit. & intra fortunam debet quisq; manere suam.

Si uoles apte nubere nube parj. Viue tibi & longe nomina magna fuge

bene qui latuit bene vixit. Quisq manere intra fortunā suā.

Coruus relictis ab Aquila cadaueribus uescit.

a Quilæ aliti rapacissimæ utpote quæ ad populandum (quemadmodum Plinius libro decimo docet) magno tractu ut facietur: indget. quicqd ex raptu in uorandis cadaueribus superest: imbelles aues (ueluti coruus) edunt. Vnde prouerbium Coruus relictis ab aquila cadaueribus uescitur. i eos: qui ignaui & desides alienis laboribus famam sibi aucupantur. ut illi potissimuȝ faciunt. qui aliena sibi scripta uendicant. perinde ac ille fidētinus Martialis consueuerat.

Hic Coruus est.

h Ic Coruus est prouerbium fuit inimpudicos atq; uitiosos. quoniam corui ore coire dicuntur. teste Plinio libro decimo capite decimosecundo ita scribente Corui pariunt quum plurimum quinos. ore eos parere aut coire uulgus arbitratur. Quod Iuuenalis Satyra secunda usurpasse uidetur: dicens Dat ueniam coruis uexat censura columbas.

Aut bibat: aut abeat.

l Ex in græcorum cōuiuiis erat:aut bibat:aut abe-at. Q ua iubebatur:ut aliquis aut simul cum aliis percupide potantibus genio indulgeret:aut omnino abiret. quæ quum ab aliis scriptoribus tum a Cicerone luculenter loco prouerbii in fine ultimi Tusculanarum libri usurpatur. Cuius uerba ponam:Mihi quidem inquit in uita seruanda uidetur illa lex:quæ in græcorum conuiuiis obtinetur. aut bibat inquit:aut abeat. & recte: aut enim fruatur aliquis pariter cum aliis uoluptate potandi: aut ne sobrius in uiolentiam uiolentum incidat:ante discedat. sic iniurias fortunæ quas ferre nequeas: diffugiendo relinquas.

Non cursu lampada tibi trado.

d Iana religiosissime in aricino nemore ubi ei sacratum erat templum:colebatur. quod Artemisium uocat Strabo libro quinto Geographiæ:quoniaꝫ græce artemis Diana nuncupatur. Sacerdos istius templi Rex nemorensis dicitur a Tranquillo in Caio Caligula: qui erat fugitiuus seruus. mulieres uota nuncupabant huic deæ: & uoti compotes ibāt in nemus aricinum gestātes faces accensas. qua superstitione deam se uenerari putabant. quod Ouidius in fastis docet: sic scribens Sæpe potens uoti frontem redimita coronis fœmina lucentes portat ab urbe faces. & Propertius libro secundo:quuꝫ uidet accensis deuotam currere tedis in nemus: & triuiæ lumina ferre deæ. Certamen autem in eo quod Bartholomeus noster Merula uir litteratissimus auctore Pausania ab atheniensibus sumptum arbitratur:positum erat ī cursu tedam seruare accensam. quæ si primo extingebatur:ui

ctoria ad secundum transferebatur. si secundo quoq; extinguebatur: tertius uictor erat. Si uero omnibus: nullus uictoriam assequebatur. Vnde Varro libro de re rustica .iii. cap.xv. prouerbialiter iquit q de fructibus nihil dixi: non cursu lampada tibi trado. Quod significat tibi uictoriam non concedo. Hinc Persius Satyra . sexra. Qui prior es: cur me indecursu lampada poscis. quod nos prouerbii loco usurpare possumus: quum dicere uolumus tibi non cedo. i. uictoriam non trado.

Viuorum memento.

u Etus est prouerbium Viuorum memento. quo significatur. de uiuis esse loquendum: & de rebus præsentibus agitandum. teste Cicerone in. v. de finibus bonorum & malorum. qui inquit Tum Pomponius at ego quem uos ut deditum Epicuro insectari soletis: sum multum equidem cum phedro: quem unice diligo: (ut scitis) in Epicuri hortis: quos modo præteriebamus: sed ueteris prouerbii admonitu uiuorum memini. nec tamen Epicuri licet obliuisci.

Sardonius risus.

s Ardonia herba quæ auctore Solino in Sardinia insula in fontium defluuiis prouēit: largius iusto apiastro similis: ea siquis uescatur: neruos contrahit: & rictu deducit ora. ut qui moriuntur: ueluti ridentium facie intereant. Vnde in prouerbio dicitur Sardonius risus. quo in eum uti possumus. qui (Vt Vergilius ait) spē uultu simulat: premit altum corde dolorem. i. hilaritatem præ se fert aspectu: intrinsecus autē tristi afficitur dolore. quod scite Cicero libro Epistolarum familiari. septimo ad

Gallum usurpat: ita scribens Rideamus γέλω τὸν σαρ
δόνιον. hoc est risum Sardonium. Quod etiam non nulli licet sardoniam herbam non ederint: animam ridendo efflauerint: testatur Plinius libro undecimo capite trigesimo septimo quũ de præcordiis loquitur: ita inquiens Ob hoc in prœliis gladiatorumque spectaculis mortem cum risu traiecta præcordia attulerunt.

Mulsum quod probe temperes: miscendu3 esse nouo hymetio: falerno & uetulo.

h Oc ganeonum: popinonum: lurconum: gulonu3 prouerbium est. qui uariis ciborum generib9 excogitatis: studiosissime gulæ indulgent. Quod a Macrobio libro Saturnaliorum septimo sic scribenti usurpatur: Cur Disari mel & uinum diuersis ætatibus habẽtur optima? Mel quod recentissimum: uinum quod uetustissimum: Vnde est & illud prouerbium? Quo utuntur gulones: mulsum quod probe temperes: miscendum esse nouo hymetio: falerno & uetulo. hymetium aute3 hoc loco mel Atticum significat: dictum hymetium ab hymeto monte iucundissimo atticæ regionis.

Acti labores iucundi sunt.

p Ræteriti labores sæpe plurimum solent gaudii afferre. Vnde uulgatum sermone prouerbiu3: Acti labores iucundi sunt. ut Marcus Tullius in secundo de finibus bonorum & malorum testatur: ubi ita inqt Quid si etiam iucunda memoria est præteritorum malorum? Vt prouerbia non nulla ueriora sint: quam uestra dogmata. Vulgo enim dicitur: iucundi acti labores. Nec male Euripides: concludam si potero latine: græcum hunc uer-

136

sum nostri omnes suauis est laborum præteritorum memoria. Cicero hactenus. ad quod illud poetæ referendum est: O socii (neque enim ignari sumus ante malorum) O passi grauiora: dabit Deus his quoque finem. Vos & scyllleam rabiem penitusque sonantes accesti scopulos: uos & cyclopea saxa expti: reuocate animos: mœstumque timorem mittite. Forsan & hæc olim meminisse iuuabit.

Virg.

Colophonem addidit.

c Olophō Ionica ciuitas est. Colophonii autem aliquando nauales opes satis amplas habuere: & equestri certamine tantum excelluerunt. ut ubicunq; difficulter bella componi poterant: Colophonii equitatus auxilio dirimebantur. qua ex re teste Strabone libro decimo quarto geographiæ ductum est prouerbium Colophonē addidit. quum summa operi manus imponitur.

Colophonij.

Ad Vmbilicum peruenire: uel Coronimponere.

q Voniam umbilici ornamenti genus in fine libri solent poni: Hinc mos ille uetus est. quod elegantissimi poetæ prouerbii loco quuȝ exactum opus significarent: ad umbilicum se uenisse dicerent. Horatius in Epodo. promissum carmen iambos ad umbilicuȝ adducere. Quod sic exponit Porphyrio ad umbilicum adducere: ꝑ finire & consumare opus: posuit Horatius. Quia in fine libri ex ligno aut osse umbilici solent poni. in quem sensum & Martialis finem quarti libri clausit. Ohe iam satis est: Ohe libelle: iam peruenímus usque ad umbilicos. Tu procedere adhuc & ire quæris. Et alibi idem poeta Nū

ἐπιθεῖναι τὴν κορώνην

quam grandia nec molesta poscit. Quæ cedro decorata purpuraque nigris pagina creuit umbilicis. Georgius aũt Merula Vir impẽse doctus id esse ad umbilicũ peruenire autumat. Quod græci dicunt ἐπειθεῖναι τὴν κορώνην hoc est Coronim imposuisse. Soliti enim inquit fuerant græci consumatis operibus coronim apponere.

Vnde prouerbium natum ἐπέθηκαι τὴν κορώνην. ad qđ Martialis respexisse uidetur: nimietatem decimi libri quodammodo arguens: Si nimius uideor seraque Coronide longus esse liber: legito pauca: libellus ero. Quoties igitur significare uolumus quempiam opus consumare: prouerbialiter dicimus illum ad umbilicum peruenire: aut imitatione græcorum Coronim imponere. quo potissimuꝫ adagio huius libelli finem claudere uisum est. ut hoc (qualecũque sit) perfecto iam opusculo: nos itidem ad umbilicum peruenisse: uel Coronim imposuisse diceremur.

FINIS.

Pollio Gerus Vadius Præsbyter Domicio Palladio Sorano. S.D.

u Ide quæso mi Palladi suauissime quanti te facere mihi necessum sit. Quum non possim non uæhementer singularem animum tuum suspicere: non mirificam industriam laudare: non ægregium ingenium demirari: non te denique ipsum maximis laudibus efferre: magnoque amore prosequi. Quippe qui ex oĩbus unus quorum ipse mecũ artes qbus tenentur: sæpe aio col ligere soleo: tãtope litteraꝶ studiis parti p te parti p amicos

prodesse:ac consulere eniteris:utpote qui scientiam (quẽ modum Socrates dictitare solitus erat) unicum scis esse bonum:contra inscitiam malum. Et enim quum nuperrime intellexeris Polydorum meum Vergilium uirum utique doctissimum & mutua mihi necessitudine deuinctum prouerbiorum libellum qui haud paruo latinæ linguæ uel nouitate ipa rer̃ uel uarietate ñ illepida lectiõis emolumẽto futurus est:ad illustrissimũ Prĩcipẽ Guidũ Vbaldũ Vrbinatem Ducem scripsisse. ut in hoc quoq; litterarũ studiosissimis opitularere:a me (id q̃q̃ Liberalis Thomasius medicus sane non incelebris ac philosophus excellentissimus antea itidem petierat.) sæpenumero efflagitasti: ut Polydorum penes quem (ueluti te non præterit) plurium mea ualet auctoritas:hortari & rogare non desisterem:ut hunc libellũ q̃ primum emitteret. Ego itaq; summa tua in me beniuolentia & humanitate motus postulatis tuis satisfaciendum esse ratus:talem huiusce rei operam enauaui:q; Polydorus (uti ipse in præfactione testatur) hoc aliquanto celerius q̃ consilium fuerat: nostris precibus opus publicauerit.

Quod nos profecto eo etiam minime grauate præstitimus: primum uidelicet ut tibi in hac parte mos gereretur. subinde ut. M. Antonii nostri Sabellici unici latinarum literarum facundiæ parentis Academiam nostris quandoq; monumentis illustraremus:quo potissimum deinceps uindice freti facile admodum contra maliuolentissimorum quorundam impetus resistemus. qui nullius ingenii ac uitæ turpissimæ homines: nocendi percupidi: fallacia calidi: inuidia liuidi:liuore tumidi: illaudati deniq; (non possũ.n. propriori uerbo uti) tam & si canina quadam rabie laceran

di torquentur: uix tamen ueluti desides canes tantum oblatrare audent. quorum mox latratus (ut Poeta inquit) saeuit in auras: ipsiq; maximam sui ueneni partem perbibunt. Tu uero mi Palladi quoniam tuo praesertim rogatu omnes litterarum litteratorumq; studiosissimi qui lectitabũt: hoc aliquanto maturius opusculum esse aeditum intelligent: in quo siquid desiderabitur: id nobis quottidianoq; nostro cõuitio ascribetur: uelut siquid immutatione litterarum syllabarum ue deprauatum fuerit: impresoribus ĩputari debet. Has Polydori mei lucubrationes ualde probes: aduersusq; maledicta omnia tueare: uaehementer obtestor. Vale.

FINIS.

Impressum Venetiis per Magistrũ Christophorum de Pẽsis Anno salutis nostrae. M. cccc. lxxxxviii. die. x. Aprilis.

In Prouerbio Sapientia uino obumbratur. Vbi ad me scripsit legitur. legendum est. ad eum.

Cum Priuilegio Libellus hic impressus est: Vt nequis per decenium hunc uel ex his Prouerbium aliquod imprimere audeat: sub poena in eo continente.

